

# Proemium libri de Anima.

## Ad laudem gloriam

honorem supradicte trinitatis patris et filii et spissans  
et christifere intemeratae virginis Marie. ne non glorio  
filiimi fidei athlete et hereticoz maliz Hieronymi ad p  
fectum deniqz in palestra phylosophica agonizantum qui  
summis lucubrationibz famosissimum illud delphicu apostoli  
nisi oraculum nostiselitos (quod satyricus ille Juvenalis  
diuinam et celestem appellat sententia) implere desudat  
Incepit commentaria Istromathea triu libroru quos archiz  
phus Aretoteles de anima intitulauit. ad vnguenem cas  
tigata et vigilanti studio limata burse Laurentiane Lo  
loniensis pcessum pmentia. In quibus texu fin intentio  
nem magni Alteri exposito formate qdiam disputabiles  
positiones cum dubijs vbi materie difficultas exposcit  
annectuntur

**O**norum hono  
rabilium notitiam opinantes  
magis aut alteram alera. aut  
fin certitudinem. aut ex eo et  
melioru quidem et mirabilior  
est propter vtraz hec. anune historiā rōnabi  
liter vtraz in primis ponemus

Iste est sextus liber naturalis pbie in quo phus deters  
minat de anima et potentibz eius. Et dividitur in tres li  
bros partiales. In primo docet modū pedendi in inquisi  
tione notitiae ipsius aie. In secundo determinat de ea quo  
ad quidditatem. et de potentibz anime vegetativa et sensi  
tiva exterioribz. In tertio de sensibz interioribz. intellec  
tua virtute mortua. secunda ibi. Que qdē a prioribz dic  
ta sunt. tercia ibi. Quoniam animam duabz differentijs  
Primus liber dividitur in duos tractatus. in quoz pri  
mo ponit proemiu. et in secundo determinat de anima  
fin opinionē antiquoz. Proemiu dividitur in qnqz ca  
pitula. In pmo iuxta doctrinā Darii Lullij in pncipio  
sue rhetorica tria facit. Primo reddit auditores lenios  
los. id est bone voluntatis ad audiendū et hoc quo ad vo  
luntatem. In secundo reddit eos dociles id est dispositos ad  
receptōm doctrine quo ad intellectum. In tertio red  
dit eos attentos quo ad memoriam. Primum facit ostend  
endo dignitatē et utilitate sue bonitatem istius scientie  
eo et bonū est voluntatis obiectū. Secundū facit ostendens  
do ordinem pcedendi. qd facilius hoc intelligit qd ordi  
nare. ponit Cretū ostendendo difficultatem. qd in dif  
ficilis necesse est diligenter attenderē. Et p dicens tria in  
sequentibz quatuor capitulis magis dearticulat et disting  
uit. Quo ad pmi dī in texu. Qū nos opinemur certis  
sime omnē scientiam esse de numero bonoz honorabilū.  
eo et omnis vera scientia est de se appetibilis. vna in scien  
zia est altera magis de numero honorabilū. ppter alteraz  
duarū causarū. aut ppter duas causas simul. Quatu vna  
est certitudo quaz facit de suis pclusionibz p summissimas  
demonstratioes. que pcedit ex pmi et veris. vel exhib  
que ex pmi et veris sumplerit fidē. Sicut geometriam  
et arithmeticā in mathematicis videmus omnes alias  
excellere ppter eam cām. Altera aut est qd melior subiec  
torū et mirabilior est. Meliora vocamus nobilitora. sicut  
incorruptibla meliora sunt corruptibla. Mirabiliora

ra aut que altiores et magis difficiles et remotas habent  
causas. talia cīm oī sapiens mirabz et inquirit. Sicut in do  
ctrinis mathematicis videmus astronomiā oīs alias sci  
entias excellere ex parte illius qd incorruptibilis subiectiē  
cuius passiones et passionū causas omnes mirant ut luna  
et solis eclipses. Quoz igit ppter dicas duas cās vna scia sit  
sup altā aut ppter alterā istarū causarū. scia de aia ppter  
vtrāqz istaz prioritate dignitatis debet poni pma Nobis  
horis cīm subiecti est qd aliqua scientia corporoz et mirabilio  
ris. qd omnis sapiens mirabis de causa lucis intellectus  
anime et passionibz eius. Et qualiter est quodāmodo om  
nia intelligibila quo ad fieri et intellectus possibilē. et quo  
ad facere p intellectu agentem. Etiam hec scientia est certis  
summaris demonstrationū. qd licet quo ad nos sit occulta ha  
bens pncipia. eo qd oculus nostri intellectus se habet ad ma  
nifestissima in natura sicut oculū noctue ad lumē solis. tñ  
nihil manifestius est in natura qd fonte et origo omnis cog  
nitiois qui est lumen intelligentie in nobis. Ad illud em  
certificat omne qd scit. et tūc scitur qd illi pueniens inues  
tit. sicut etiā mediū virtutis moralis qd nō est idē omni  
bus. examinata et proportionata illi medio qd natura intus est  
in quolibet. et tūc latet est qd illi proportionatur

Videf aut et ad veritatem omnē cognitionis  
ipsius multū pscire maxime aut ad naturam  
Est cīm tanqz principium animaliū

Pnciphus reddit auditores beniuolos ex utilitate si  
cur pbus fecit ex dignitate dicens qd utilis est hec scia  
de aia. qd ad omnū scibiliū ppter cognoscendā pscit. et  
maxime siue pncipie ad notitiae veritatis rerū naturalium  
cū ipsa sit pncipū formale et essentiale aialū. qd sunt max  
ima pars nature quo et notitia dependet ab aia. In corpo  
ribz vero aiatoz sunt duo. pncipio simpliciū siue elemen  
toz. et ipsa simplicita ergo puenienter scia de aia. pscit ad  
notitiae omnū corporoz naturaliū. Ad veritatem aut omnū  
psicit inēctum apud se hz lumen qd est oīs veritatis exa  
men. et hoc tribz modis nō simul sed diuīsim. Quoz vñ  
est. qd pscit ad naturale veritatem. eo qd ipsa est ps nobilissi  
ma scie naturalis. Secundus est qd pscit ad sciam diuinā  
qd in ista scia manifestat nobilior pars subiecti scie diuine  
manifestat enī in ista scia qd intelligentia est. et qd separata  
est. et qualiter agit intelligibilia. de quibus oībz pmi pbus  
inquirit. licet nō inquirere de illis inqz sunt hec oga aie. et  
er pres aie. Tercius est qd pscit ad qdā alias. qd dat eis  
plurima principia siue ad moralia. quia dat eis eligentia  
m et rationem rectam et pheresim et multa alia qd regū  
tur ciuitates in moribz. Etiam virtutes morales in aia sub  
iectantur siue aie potentibz

Inquirim⁹ aut psciderare et cognoscere natu  
rā ipsius et subam Postea quecūqz accidūt cir  
ca ipam. Quoz alie ppter passiones videntur  
Aliie aut cōes et ppter ipam aialibz inesse

In hac pte scda pmi reddit phus auditores docis  
les. dices qd ea que inqz cognoscere de aia p demonstra  
tionē et psciderare p signa sunt natura ipsius. quia pscit  
ciati corporis naturā et suba ipsius qua ipsa est fin se. Et  
hoc inqz rōnabilitatē. Primo eo qd vnuz istoz pue  
nit aie fin qd est forma et alterū fin qd est qdā suba incor  
poreza distincta a natura corporis. Postea scda inqz  
rimus cognoscere quecūqz accidūt circa ipsam aiam qd se  
et nō fin accēs. id est que sunt accidentia ppter et nō cōes  
a ij

## Libri primi de anima

Taliū autē accidentiū p̄p̄t̄oꝝ due sunt differēt̄e. Quēdām em̄ iploꝝ sunt p̄p̄t̄oꝝ passiones anime s̄m q̄ ipsa in se p̄siderat nō cointellecto corpore. sicut intellectus voluntas et r̄o. Alio h̄o si acciūta p̄mūna sibi et corpori qd̄ h̄z animā. tñ accidit corpori non s̄m q̄ est corpus em̄ s̄z p̄t̄oꝝ ex eo. q̄ aia est in tali corpori aiato q̄ est corpus aia lūm. Et illoꝝ accidentiū sive passioniū iterū sunt duo genera. Quia quoddā illoꝝ est passio que incipit ab aia et expletur p̄ corpus. sicut visus auditus et omnino sensus et vegetatio. Aliud vero est passio que incipit in corpore et redūdat in aiam. ut somn⁹ et vigilia. que incipiunt ab evan̄poratione cibi et efficiunt ligamentū vel solutio virium aie. Hec igit̄ duo querim⁹ cognoscere de aia ut perfecte cognoscamus eam qm̄ sc̄do naturā ipsius et substantiā. sc̄mus quid ipsa est. sed quid potest sc̄imus ex passionibus et virib⁹ eius.

Omnino autē et penitus difficultissim⁹ est accipere aliquā fidem de ipsa. cū em̄ sit questio cō munis multis alijs. Dico autē eam que circa substantiā et ea que qd̄ qd̄ est. fortassis alicui videbit̄ vna quedā methodus esse de omnib⁹ de quib⁹ volumis cognoscere subam sicut et eoz que s̄m acciūt̄ propriorū demonstratio est. Quare querendū vtq̄ erit methodus istā. Si autē nō est vna quedā. et p̄mūnū method⁹ de eo qd̄ quid est. amplius difficultius est negotiari. Oportet em̄ accipere circa vnuquodq̄ q̄s modus. Cum autē manifestū fuerit vtrū demōstratio aliqua sit. aut diuisio. aut et aliqua alia methodus. adhuc multas habet dubitatiōes et errores ex quib⁹ optet querere. alia em̄ alioꝝ sunt p̄ncipia sicut numeroz et planoz.

Ista est tercia pars. p̄mū in qua reddit discipulos artentos ostendo difficultatē istius sc̄e dicēs. q̄ aliquā fidem. id est aliquā certitudinē accipe de aia est omnino id est p̄fere et penitus difficile. et hoc tam quo ad modus querendi q̄ etiā quo ad quesitiū. Quo ad modū querēs di sive definiendi. q̄ difficile est cognoscere q̄o dēbet inuestigari definitio aie. Quia primo dubium est virū sit vna via inuestigandi quidditatē anime cum via inuestigandi quidditatē et definitions aliarum rerū. Et p̄mo probat dubyō rōnib⁹ q̄ sic. Prima est ista. De quibus est vna questio de illis erit vna inuestigatio. s̄z de qd̄ dītate aie et aliarū rerum est vna questio. q̄ vndiq̄ queritur quid est. ergo erit vnu modus inuestigandi omnes definitions. Secunda r̄o est. q̄ sicut est vna via cognoscendi omnū p̄p̄t̄oꝝ accidentiū. que vocal demonstratio sic etiam videtur q̄ erit vna via inuestigandi quidditatēs omnū substantiātū. Passiones em̄ omnes inuestigātur per demonstratiōem. ergo substantie omnes inuestigabūtur per definitionem. Si ergo aliquis sic dicat. tunc oportet querere si substantia et quid est ipsius anime s̄m doctrinam illius scientie vel non. et hoc erit valde difficile. cum talis definitio sit componenda per genus et differenceiam. et cum occulta sint genus et differentie rerum spiritualiū. difficultiū erit inuenire definitionem anime s̄m doctrinam illius methodi. Si vero dicat aliquis q̄

## Tractatus primus

non est vna p̄mūnū scientia determinata in secundo posteriorum sufficiens ut per eam cognoscatur omne illud cuius querimus quid est sive definitionem substancialē tunc erit magis difficile negotiari ad venandum anime definitionem. Quia tunc oportet p̄mo circa quodlibet genū rei inuenire propriam viam quam difficile est inuenire. Et cum manifestum sit q̄ est aliquis modus prop̄ us cuiuslibet rel ad sciendū substancialē ipsius. tunc q̄ rendum est quis sit iste modus. virū ex priorib⁹ est sicue demonstratio. sicut dixit Hippocrates. Aut ex posteri oribus sicut procedit diuisio sicut dixit plato. Aut est alia via que ē collectio definientiū per diuisiōnē. et cō positiō eorundem definientium. sicut docuit philosoph⁹.

Ex parte rei quelite eriam multas habet dubitatiōnes et errores. ex quibus propriis principiis anime quidē dītatem oportet querere. eo q̄ rerum diversarum diversa sunt principia essentialia. sicut alia sunt principia numerorum. et alia planorum sive superficierum. et s̄m illa proprie variantur definitiones. Et istud potissimum necessarium est in anima que non videntur habere eūz alijs formis p̄t̄ius aliquā p̄uenientiā sicut inferius magis patetib⁹.

Primi autem fortassis necessarium est dividere in quo generum sit et quid sit. Dico autem vtrum hoc aliquid et substantia sit. aut q̄litas aut quantitas. aut in quiddam aliud diversorum predicamentorum. Adhuc autem vtrum eorum que sunt in potentia aut magis entelechia quedam sit. differt em̄ nō parum.

Istud est secundū capitulum. In quo p̄bus istas difficultates incipit magis dearticulare monstrās de ipa aniāma difficultatem ut est rerum difficultiū. in quantum ostendit q̄ difficile sit propriam anime definitionem inuenire. dicens q̄ ad definiendum animam aliqua definitione. que debet necessario ex genere et differentia consistit. oportet fortassis primo querere in quo genere sit anima. Dicit autem fortassis. quia anima forte non est res que sit in genere directe. sicut genus species vel individuum. sed forte est in genere sicut principiū generis. Potentia em̄ et actus principia sunt generum et eorum que sunt in genere. quoniam principiū aliquius non directe constituitur sub ipso. sed est ante ipsum. esse autem in genere est esse sub genere. sicut in predicabilib⁹ dictū est. Querēdo igit̄ quocūq̄ mō virū sit in genere querēdū est vtq̄ sit aliquid quod est substantia. aut quantitas. aut si aliquid aliorum generum. Licet omnes convenerint eam esse aut substantiam. aut qualitatem. Postea vero habito genere qd̄ est substantia. oportet q̄rere de dīna anime qualiter se sit in genere. an se sit in genere sicut potentia. sicut dixerunt illi q̄ poluerit eam humore quēdam. an sit in numero eorum q̄ greci vocant entelechie. qd̄ latine sonat actus sive p̄fectiones sicut sunt forme essentiales actus et p̄plementa rerū naturaliū. Necessarium em̄ est hec de ipsa querere. Quia actus et potentia nō parum differunt.

Considerādūm autem et si partibilis sit aut imparabilis. Et vtrum sit similis speciei omnis anima an non.

## De praemialibus eiusdem

Nicphs mouet difficultates de anima fm q est totū potentiale dices q dubitū est de anima an sit partibilis localiter et subiectaliter diuisibilis an imparibilis quia qz dam dixerunt in omnibz corporibz esse vnā aiam specie et numero que tamen pro diversitate corporz diuersa operatur. Alij ut Plato et sui sectatores dixerūt etiā in uno corpore plures esse animas specie differentes ita q intellectua esset in cerebro. Cupiscibilis sive appetitiva in epate. Irascibilis in felle sive cysti fellis. Vitalis in corde. et generativa in testiculis. sicut posterius particularius in scđo tractarū illius p̄mit patet. Si vero dicatur q sit imparibilis sive indivisibilis. tunc oportet querere vtrū si similiis specie omnis aia et tñ dividatur per individua. Aut non sit similiis specie omnis anima. Et si concedatur q nō sit similiis specie tunc oportet querere vtrum sit tñ specie differēt. et sint omnes species anime sub uno et assignato genere. Aut cū hoc etiam differentia genere. Hoc autem inquirere est valde necessarium quia quidam supponebāt omnū animalium esse easdem animas specie. et quādo tractant de anima solum loquuntur de humana. et per hoc credunt se sufficienter de omni anima determinasse. eo q omnes anime ut credunt in specie cōueniunt cum anima humana. Et in hoc peccato videatur fuisse plato. qui dixit omnē spēm anime esse in corpore hominis. et in corpe humano spēs plures esse animalia subiecto differentes et forma. Hec aut non est sententia aristotelis et peripatetici. sed potius q anima hōis vna sit substantia et subiecto. et habet pluralitatem in virtibz et potentibz sive potentissimis suis. ut postea dicetur.

Si autē nō similiis speciei vtrum specie differant aut genere. Hunc quidam em dicentes et querentes de anima. de humana solum intendunt intendere. Formidandum autē quatenus nō lateat vtrum vna ratio ipsius sit sicut animalis aut fm vnuquodqz altera. ut equi canis hominis deiqz. animal autem vniuersale aut nihil est aut posterius. Similiter autē et si aliquod cōmune aliud predicitur.

Nicphus assumit partem negatiā predicere diuisioñis dicens. Supposito q anime non sunt eiusdem speciei tunc inquirendum est omni studio sic q nullo modo nos lateat vtrum sit vna ratio omnis anime. sicut est vna ratio generis fm omnes suas species. aut sit altera et altera ratio anime. sicut est altera et altera ratio specierum. Euz em quiescerimus vtrū aia sit vnu genus ad omnes aias vel nō. tunc oportet nos cauere ne ignoremus vnuocatioñem vel equivoçatōem sive definitionis. vtrū sez definitio data de aia sit vnuocata tribz animabz. vegetabilis sez sensibili. et rōnali. sicut est vna rō aialis sive vniad ea qe pertinet sub eo. aut nō est sic. Et est altera et altera rō fm vnu quāqz trū animaz. sicut est altera ratio equi et canis hominis et dei. Iouis sez vel Esculapij. Hec aut ideo dicuntur q animal vle ut vniuersale. aut nihil est de qditatate particularis et realis animalis. que posterius est ipso. Et sili mō est de oī cōt qd vñter p̄dicat de aliquo.

Amplius autē et si nō multe anime sed partes vtrū oportet querere p̄us totā aiam aut partes. Difficile at et hāc determinare quales apte natas sunt altere adiuvicem esse. Et vtrum partes

oportet prius querere aut opera ipsarum ut intelligere aut intellectuum et sentire aut sensitivum. Similiter autē et in alijs. Si autē opera prius iterum vtrū dubitabit aliquis. si objecta horum prīns querenda sint. ut sensibile sensitivo: et intelligibile intellectivo.

Istud est tertium capitulum in quo postqz philosophus mouet dubitatioñes de anima fm quod est totū potentiale et fm q est totum vniuersale. Consequenter cōtinuat dubitationem de ea inqzitum est totum potentiale dicens. Si dicamus q in vnoquoqz corpore hominis vel alterius animalis nō multe sunt anime sed vna in substātia que pluralis est in partibus potestatibus. tunc est quæstio vtrū prius oportet inquirere de tota anima fm genū. vel prius de partibz. Cum autem multe sunt partes difficile erit determinare differentias partium ad se uniuicem quales apte natas sunt habere. Quia inferior semper claudit videtur in superioribz. sicut minor potestas clauditur in maiori potestate eiusdem ordinis. Sicut potestas presidis vel tributi clauditur in potestat imperatoris. est tamē men hoc in quibusdam magis difficile qz in alijs. Oubium autem iterum est vtrū partes anime que sunt potētie p̄us querende sunt. aut opera sive actiones potentiarū. Exemplum est ut vtrum p̄us querendum sit de intelligere et sentire. que sunt opera sive actiones potentiarū vel de intellectua et sensitiva potentiis prius sit inquirendum. Similiter autem et in alijs. Et si constiterit q de operibz potentiarū prius sit inquirendum tunc iterum aliquis dubitabit an oportet primo querere de oppositū. est de obiectis circa que sunt opera. aut de ipsis operibz prius et postea de obiectis. Exemplum est ut querendū est. an prius determinandū sit de sensitibili vel de sensu et de sentire. vel de intelligibili aut de intellectu et intelligere aut econverso.

Videtur autē non solum quod quid est cognoscere utile esse ad cognoscendū causas accidentium in substantiis. sicut in mathematicis quid rectum et quid obliquū. aut quid linea et planū. ad cognoscendū q rectis trianguli angulari sunt equeales. sed ex contrario accidentia cōfertunt magnam partem ad cognoscendum qd quid est. Cum em habeamus tradere fm fantasiā de accidentibz aut omnibz aut pluribus tunc et de substantia habebimus aliquid dicere oportunum. omnis em demonstrationis principium est quod quid est. Quare fm qualicūqz definitiones non p̄tingit accidentia cognoscere sed negat imaginari de ipsis facile. manifestum autem est dyalectice dicte sunt et vane omnes.

Nicconsequēter phylosophus stimat difficultatem de anima fm qd est totum diffimile dicens. q non solum videtur utile in scientia de anima. ut cognoscamus substantiam per essentialia ipsius. que sunt quiditas eius ut per illam cognoscamus causas eoz que accidunt q se

# Libri primi de anima.

Ipsis subiectis quorum quid dicitur accepimus. sed etiam econuerso. cognitio eorum que per se accidunt aliqui substantiae multum confert ad quidditatem substantie. verbi gratia. sicut si volumus cognoscere quot numero anguli trianguli rectilini sunt equales recti. utile est nobis ut cognoscamus tam quidditatem substantie quam quidditatem passionis. ut verbi gratia sciamus quidditatem recti et quiditatem obliqui que sunt passiones. et quidditatem linee et plani sine superficie que sunt subiecta in geometria. tunc enim bene concludemus quod triangulus qui est planum trigonum rectilinum habet tres numero angulos equales duobus rectis et non pluribus. et sic est in multis quod aliquando posteriora sunt nobis magis nota. que sunt accidentalia rei. et aliquando econuerso substantia sunt nobis magis nota que sunt priora. In omnibus enim mathematicis vocant scientie doctrinales priora in natura et re sunt magis nota. et ex illis certificamus posteriora. et ideo ille scientie sunt certissime. In physica autem frequenter sunt occulta nobis que sunt priora sive naturam et rem. et accidentalia nobis magis manifestantur. et oportet nos tunc ex posterioribus incipere et venire in principia. Et ideo scientie physice in quibusdam non habent veras certitudinem sicut mathematicae. Sed quando incipiimus ab accidentibus operemur quod illa accidentia sunt per se convenientia et nota nobis ad sensum etphantiam et imaginationem. Quoniam in ipsis primis accipimus physica. et ideo quandocumque bene et exquisite semper tradere rationem accidentium adphantiam et imaginationem nobis notorum et cognitorum. tunc etiam expeditius erimus ad tradendum rationem de substantia et de eo quod quid est. quia per accidentium cognitionem statim deuenemus in rationem et cognitionem substantie. eo quod accidentia magna partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. sed cum procedemus a priori in posterioribus tunc procedemus per demonstrationem per quam passio ostenditur subiecto inesse. Quoniam autem demonstrationis principium sicut medium est ipsa definitio dicendi rei quidditatem. ergo ipsum quod quid est principium cognoscendi accidentia. Ex quibus inferimus quod definitiones dialecticae que dantur ex omnibus essentialibus subiecto vel passioni (que communia collecta sunt per intentiones dialecticas) sunt casse et vane. eo quod non inducunt ad certitudinem demonstrationis veram. Sicut si dicatur. Ira est appetitus vindictae. per definitionem illam non possunt cognosci passiones iratae et causam properat quam inest ira ipsi irato. et subiectum cui inest et sic de aliis. sicut melius determinabitur in dubiis. et ergo tales definitiones sunt casse et vane.

Abitationes autem habent et passiones anime utrum sint omnes communis et habentias an sit aliqua et anime propriis ipsis. Hec enim accipere quidem necessarium est non autem leue. Unde datur autem plurimum quidem nullum sine corpore patiri neque facere ut irasci. confidere desiderare et omnino sentire. maxime autem assimilatur proprio intelligere. Si autem est et hoc phantasia quod aut non sine phantasia non contingit utique neque hoc sine corpore esse. Et stud est quartum capitulum in quo philosophus mon-

# Tractatus primus

uet difficultatem de anima ex parte accidentium. dicensque dubitationem habent etiam passiones anime. Utrum omnes sine communis anime et corpori. vel sibi et habent corpus. id est toti composito. Aut sit aliquis passionum sibi propria. que nec communis corpori. nec communicet habenti corpus. hoc autem necessarium est accipere ex doctrina anime ad scendum utrum ipsa separetur a corpore vel non. sed tamen non est stud leue determinare. Quia possibile est et substantia incorporea existens in corpore ut actus corporis communicet corpori. Et possibile est ut non communicet corpori sed communicanti corpori. Et possibile est ut neque illo neque illo modo communicet sed habent operationes. que nullam ad corpus habent dependentiam. hoc inquirere de anima est necessarium valde ad scendum utrum ipsa sit separata in agendo vel non et ista est questione quam homines maxime desiderant scire de anima. Videntur autem in pluribus suis passionibus et partibus anima nihil omnino pati aut facere sine corpore. Quia neque sine motu et passione corporis trascitur neque proficit. neque desideratur. neque sentit universaliter finem omnem sensum. Ita enim est accessio sanguinis circa corpus cum euaporatione fellis. Confidentia autem est ex protensione spiritus et sanguinis ex corde ad exercitiora. Hoc autem fit recepta sensibili forma in organo sensus. que omnia dicunt motus et passiones corporis. Maxime vero propositum et separatum opus videtur esse intelligere. eo quod universaliter quod est simplex denudatum a materia et materia appenditibus intelligitur. et ideo non est forma impressa alicui membro corporali. cuius motu expleatur intelligere. sed prius est simplex conceptus mentis sine his et non et vbius et semper in eadem ratione manens. quod non convenient alii formae corporali. Si vero hoc ipsum scilicet intelligere quod est operatio possibilis intellectus quando in actu sit est phantasia. aut non sine phantasia. tunc nec etiam tale opus scilicet intelligere erit sine corpore quod movetur vel patitur in ipsa operatione. et tunc non erit separatum quoniam ipsi anime finis est.

Si quidem igitur est aliquid anime operum aut passionum proprium. contingit utique ipsius separari. Si vero nullum est proprium ipsius non erit utique separabilis. sed sicut recto in quantum rectum multa accidunt. ut tangere enique sphaeram finem punctum. non tamen tangetur ab hoc separatum rectum. Inseparabile enim siquidem semper cum quodam corpore est.

Hic sequenter plus ponit causam quare necessarium fuit determinare questiones plus motam. volens quod ex eo fuit necessarium questionem istam determinare. quod ex determinatione istius questionis cognoscetur aliquid quod omnes homines scire desiderant. scilicet an sit anima separabilis a corpore an non. Unde dicit plus. Si anima habet aliquam passionem aut operationem priam quia non communica corpori. nec coicatur corpori tunc utique primitur anima eae separata eo quod operatio non per eam magis separata quam potentia et essentia. Si vero nullam habet operationem propriam tunc etiam non primitur ipsam separari finem et substantiam licet forte finem definitorem aliquam. Et erit tunc de ipsa anima sicut de mathematicis. que non habent esse nisi in hac sensibili materia. et tamen quedam accidunt eis finem esse quidditatem.

## De proemialibus et usdēnt

num quo concipiuntur non ut in materia. Sicut est videtur in recto. quod linee recte multa accidunt que non conuenient ei secundum quod est in sensibili materia. Sicut et sphaera enea tangat ipsum in puncto que ramen sphaera enea nunc tangit ipsum separatus in puncto secundum actum. sed potius tangit ipsum communem cum materia sensibili non in puncto sed in superficie. quod tactus est corporum. et tamen rectum acceptum secundum intellectum est non in materia argentea vel aurea vel alia materia sensibili non tangetur a quaquam sphaera nisi sim punctum et sic erit etiam de anima. Si enim in omnibus suis partibus aut communicat corpori aut communicat communicantibus corpori. tunc potest accipi separata sim intellectum in quantum agit operationem que non expletur motu alicuius partis corporis. Tamen secundum esse et veritatem nature nunc erit separata quia semper indiget vel exigit illius cooperationem quod corpori communicat. sicut sphaericum quod se paratum intelligitur et definitur. et tamen sim esse inseparabile est a corpore sensibili.

Videntur autem et anime passiones omnes esse cum corpore. ira mansuetudo. timor. misericordia. confidentia. abhuc gaudium et amare et odire. Similiter patitur aliquid corpus. Indicat autem hoc aliquando quidem duris et manifestis passionibus concidetibus nihil exacerbari propter frigiditatem complexionis et nihil propter animi constantiam timere. Aliquid et a paruis et debilibus moueri cum accedatur corpus et sic se habeat sicut cum irascatur. Abhuc autem magis hoc manifestum. Nullum enim terribile imminentem in passionibus fuit his aliqui timentes.

Hic manifestat per hunc quod supra dixit. scilicet quod quedam passiones sunt communes anime et corpori dicens quod videntur anime passiones omnes esse cum corpore. licet in una sit plus quam in alia communias. Quia quedam non sunt sine motu corporis. et alteratione physica. primitate corporis vel press corporis. Quedam sunt sine motu locali partium corporis. et sine physica alteratione. sed tamen non sunt sine receptione forme vel intentionis forme. que est alteratio communiter dicta. Qum motu autem et alteratio corporis sunt desideriaz mansuetudo. timor. confidentia. Abhuc autem gaudium et amare et odire. In his namque omnibus cor mouet sim diastolem id est dilatationem. et systolem. id est constrictionem. et comparit anime corpus. Nec autem indicat diversitas hominum in his passionibus. Quia quidam homines in duris et manifestis periculis passionum coincidentibus id est contingentibus nihil provocantur ad iram propter complexionem firmam et stansem in eis. et aliqui eorum non timet in talibus. sicut habentes multum sanguinem et calida corda. Aliquando vero aliqui a paruis causis et infinitis periculis mouentur et provocantur ad iram. quia corpus irascibile ita dispositus est. ac si irascatur. sicut est in cholericis calida habentibus corda. et sanguinem leuem qui facile diriguntur sursum. Et amplius manifestantur hec in his qui timentes sunt ex sui corporis dispositionibus quando nulla causa terroris est in passionibus sicut accidit mul-

tis viris qui siccii sunt et frigidi pauci spiritus. et pauci caloribus in corde. qui ad somnum decidetis folij de arbore mouentur.

Si autem siccus habet manifestum quoniam passionum rationes in materia sunt. Quare termini tales ut irasci. motus quidem talis corporis aut partis aut potentie ab hoc et gratia huius et propter hoc igitur iam physici est considerare de anima aut omni aut huiusmodi.

Hic philosophus inferit conclusionem principaliiter intentam corollarie dicens. Si siccus habet ut dictum est immediate nunc scilicet quod passiones sunt communes anime et corpori. ita quod esse habent in physica materia tunc termini eorum sive definitiones dari detinent per materiam. eo et unum quodque definiri debet sicut habet esse. Et ideo harum passionum sunt tales rationes. ut si dicatur. Ira scilicet est motus huius corporis. cuius sanguis accentus est aut pars huius supple corporis. puta cordis. quod mouetur primo in ira sim systolem quando conturbatur iratus. et post sim diastolem. quando petit vindictam sive recontristationem. Aut poterit quodcumque est huic corpori. aut parti corporis. que est potentia irascibilis. que est causa efficiens talis passionis. Et ab hoc supple documentum illato. Et propter hoc malum inferendum in vindictam. Cum igitur omnia predicta in physica materia descripta sunt. physici est considerare de anima. aut omni omnis anima est talis. aut de anima huiusmodi que talium est operum et passionum.

Differenter autem definient physicus et dialecticus unumquodque ipsorum ut iram quid est. Hic quidem enim appetitum recontristationis. aut aliquid huiusmodi. Ille autem feruorem sanguinis aut calidi circa cor. Horum autem aliis quidem assignat materiam. aliis vero speciem et rationem. Ratio quidem enim hec species rei. Necesse est autem hanc esse in materia huius. si erit sicut dominus. Ratio quidem talis corporis quedam. quia cooperimentum prohibens corruptiones a vetus et imbris et caumari bus. hec autem dicit lapides et lateres et ligna. Alia vero in his speciem propter ista.

Istud est quintum et ultimum capitulum in quo philosophus ostendit differentiam in modo definiendi inter dialecticum et physicum. Dicens quod differenter definunt dialecticus et physicus opera anime et passiones. Quia

# Libri primi de anima.

Dialecticus definit tunc per formam. Si enim querimus quid est haec intendentia querere de definitone. Dialecticus dicit quod haec est appetitus contrarii doloris vel appetitus vindicandi. vel aliquid huiusmodi definens per communes intentiones formales. que non sunt causa propria rei sed intentiones communes invenientes in pluribus. et nulli apparet. et ideo definit per formam dialecticus que forma de se communis est et non appropriatur ad esse rei nisi per propriam materiam uniuscuiusque rei. Physicus vero dicit quod haec est ebullitio vel accensus et calefacio sanguinis circa cordem. tangens propriam causam efficientem. que est accensus et calefacio sanguinis. et propriam materiam que est sanguis. cor dis bulliens. et subiectum quod est cordem. Et sic physicus reddit materiam propriam. dialecticus vero intentionem formae simplicem. et communem que est ratio rei communis. Hic enim considerat ratione sive intentione communem rei. eo quod non descendit ad propriam. Ille autem considerat principia realia que dant esse rei. talia vero principia realia necesse est esse in materia huiusmodi. que determinata est et propria si detinet habere esse in natura sicut etiam ratio sive definitio dominus diversimodo data est. et assignata a dialectico et mechanico qui naturalem imitatur. sicut ars naturam. Vnde dialecticus dicit Dominus est cooperantur sive receptaculum problematis corruptiones aeris. que sunt excellentes frigoris et caloris. et corruptiones imbrum et cauas. Mechanicus vero dicit quod Dominus est larvae ligna et lapides sic compaginata vel composita. Alius vero ab his duobus est qui in materialibus determinatis preter in definitone sua speciem sive formam tantum. que est intentio dominus proper finem qui dicitur est hoc est ut prohibeat corruptiones. Ex quibus patet quod est tripliciter et definitio quedam que datur per materiam tunc quedam per formam tunc quedam per materiam et formam simul sicut iam exemplificatum est de terra et de domo.

Quae igitur naturalis. harum utriusque circa materiam. rationem autem ignorans. aut que circa rationem solum aut magis que est ex utrilibus. Illorū autem quis utriusque.

Hic physiophilus ostendit que predictarum est physica dicens quod nunc querendum est que illarum definitiōnum sit physica. an sit illa que considerat materiam et ignorat ratione intentonis formae. aut illa quod solū concipit rationes sive formā. aut que est ex utrilibus simul. quia ex differētia data inter mechanicum et dialecticum possimus cognoscere illum qui est perfectus physicus aut qui est perfecta definitio physica. quod dictum est. quod quedam definitio est ex utrilibus scilicet materia et forma. allatamque que preter formā rei. preter minimā finem inducram et preter eā in determinata materia in qua sim rem habet esse.

At vero est aliquis qui circa passione materie non separabiles neque in quantum separabiles sed circa omnes physicos quocunq; talis corporis et huius materie opera et passiones sunt. Circa quascunq; autem non in quantum huiusmodi alias ut de quibusdam quod est artifex si pertingat et instructor aut medicus. non separabilem qui-

# Tractatus primus

dem. in quantum autem non talis corporis passiones sed ex remotione alias abstractione thematicus. scđm autem quod separate primus physiophilus.

Hic physiophilus ostendit differentiam physici ab alijs artificiis dicens. Concesso quod definitio physica per se verum est. querendum est verum ipsa sit circa alias formas quam sunt forme que sunt passiones materie determinatae. que in nomine suo et definitone concernunt materiam corporis mobilis. ut mobile. et non separantur ab ipsa per nomen et definitonem sive rationem et an considerat physicus tales inquantum non separantur. etiam si sint aliam aliquam rationem separari possent. Exemplum est ut physicus considerat carnem que nec nomine nec ratione separatur a physica materia que est corpus transmutabile. inquantum est transmutabile. et si in alia materia carnis nomen et species esse ponatur. erit equinocum non men et species similitudinem non est illa. sed similitudinem sive rationem sive definitiōnem sive intentiōnem. Mathematicus vero considerat quantitatem que non est forma sequens transmutabile corpus inquantum transmutabile sed potius sequens corpus inquantum corpus. sed physicus non considerat sive quantitates sed potius similitudinem quod non separatur a transmutabili corpore inquantum est mutabile. quia considerat quantitatem non similitudinem sed similitudinem quod est terminus magnitudinis. augmenti. vel diminutionis. Aut similitudinem quod est dispositio mobilis localiter. Physicus quidem est circa omnia illa quecunq; sunt physici corporis inquantum est sic transmutabile. et considerat omnia opera illius materie. et omnes passiones eius. Quecunq; vero sunt in physico corpore et non sunt his similia. id est non sunt forme et opera et passiones physici corporis in eo quod est physicum. sed potius a voluntate et arte ducunt in physica corpora. illa sunt alterius considerationis seu manualis sive mechanici sicut est mechanicus. qui dicitur instructor sive architecto. qui structuras facit. vel medicus qui circa corpus humanum facit clisterium et alia instrumenta. Scire enim causas corporis humani physici est. non mechanici id est chirurgicus. Sed forme que similitudinem non sunt separabiles a physicis corporibus. sed semper inueniuntur in eis. et tamen non se inveniunt corpus physicum inquantum physicum est. eo quod non sunt physici corporis inquantum mobile est sed similitudinem ante ipsum. et sequuntur corpus inquantum est corpus sive considerationis alterius physiophilus. qui vocatur mathematicus. cum tamen omnia considerata sunt in physico corpore sed tamen non trahant rationem ab ipso. et tamen non concipiunt in nominibus suis. materiam sensibilem et mobilem sed intellectualem et magnitudinem tunc. Et huius causa est quia nihil definitur per ea que sequuntur ipsum similitudinem. sed potius per ea que ipsum similitudinem naturam. Ica enim corporis per naturam antecedit corporis physicum. Ica ens et substantia. et huiusmodi perna-

## De proemialibus

turam antecedunt corpus et magnitudinem. et sunt ista finis separata et per accidens coniuncta cum materia eorumque sunt quanta et mobilia. quoniam ista finis esse et realiter inveniatur ante hec in intelligentiis. et substantiis separatis et de talibus que sic preueniunt determinat metaphysicus.

Sed redcendum est unde venit sermo. Dicemus autem quod passiones anime non separabiles a physica materia animalium in quantum tales existunt furor et timor et non sicut linea et planum. Intendentes autem de anima necesse est simul dubitantes de quibus abundantia oportet pertransiunt primorum opiniones comprehendere quicunque aliquid de ipsa enunciauerunt ut bene quidem dicta accipiamus si vero aliquid non bene hoc verteremus.

Hic phs reuertitur ad positum quia fecit disgressionem a proposito. Dicens. quod redcendum est ad continuandum dicta in superioribus. Dicunt enim quod passiones quales sunt furor. timor desiderium. non sunt separabiles a materia physica animalium finis et animalia sunt. Et non habent se tales forme sicut linea vel planum. id est superiectus. quod habent intelligi sine materia sensibili et sequitur magnitudinem et magnitudinem et non physicum corpus finis est physicum. Anima enim passiones definiri habent cum corpore ut tacitum fuit. ergo physice intentiones de anima determinare necessarium est. ut simul cum his que intendimus dubitemus de his de quibus dubitate oportet teneat volentem determinare de anima. et hoc est ut attendamus diligenter opiniones antiquorum physiophorum recitando omnes eorum sententias. Et hoc ideo quia si in aliquo teneat dixerunt. hoc rationabiliter acceptandum est in nostro processu. si vero aliquid ab eis non bene dictum est. id ipsum vitandum est.

**Oīta predicta mouetur** questiones quedam. Prima. Utrum scientia de anima inter naturales philosophie partes conuenienter posita est pars sexta.

Et videtur primo contra suppositum quod non sit aliqua scientia de anima. Probatur quia omnis scientia sive cognitio nostra oritur a sensu. sed anima non cadit sub sensu. ergo de ea non est scientia. Dicior est philosophi in fine secundi posteriorum. Dicor probatur quia solum accidentis sensibili est anima non est accidentis. Igitur non cadit sub sensu. Secundo sic. Ad omnē scientiam verā requiruntur aliqua passiones. sed anima non habet alias passiones. ergo de anima non potest esse scientia. Dicor probatur quia si haberet alias passiones. maxime carent potentie sue. sed hoc non. Tercio sic. Omnis scientia est alicuius universalis. quod est forma totius. predica-

bilis de pluribus. sed anima non est forma rotius sed forma partis. ergo non videtur esse scientia de ea. Quarto sic. Scientia de anima non est naturalis. Probat. quia sicut se habet subiectum ad subiectum. ita scientia ad scientiam. sed subiectum istius libri non continetur sub subiecto physiophilie naturalis. ergo non est scientia naturalis. Dicior est manifesta. Dicor probatur. quia subiectus istius libri est anima. sed naturalis physiophilie subiectus est corpus mobile. Anima autem est incorporea substantia que non potest contineri sub corpore mobile. Quinto ergitur contra secundum quod non est naturalis physiophilie pars sexta. quia dicit physiophilus in textu. quod propter virtutem hec. anime historiam rationabiliter virtus in primis ponemus. ergo non est sexta pars. Pro veritate ratiom supponit et questi est Aristoteles et ponitur iste discursus.

Dicior Anima descendendo a communioribus ad specialia. est forma ultima considerabilis in naturali philosophia. a qua corporis animati dependet noticia. Dicor Huius potestias. passiones. oblecta. et opera. notificat hec scientia. Conclusio. Ergo iuxta ordinem in proemio librorum naturalium prelibatum obtinet conuenienter locum sextum.

Dicior habet duas partes. Prima est quod anima est forma ultima que consideratur a naturali physiophilico. Secunda est quod ab ea dependet noticia corporis animati. Prima pars probatur quia forma que maxime cadit sub consideratione philosophi naturalis est forma naturalis. talis autem est illa que dat esse sue materie. per modum actus proprii eandem informans. Anima vero quelibet est forma supra naturam eleuata. ut in secundo huius dicit. habens posse mouendi suam materiam. et specialiter anima rationalis que non educitur de potentia materie sed increatur. Iuxta sententiam Augustini dicens. Anima in creando infunditur. et infundendo creatur. ergo ultima forma in qua situr consideratio naturalis est anima. que tamen ab eo consideratur in quantum est actus materie sive corporis. Secunda pars probatur. Quia ipsa est formale principium corporis animati. modo eadem sunt principia essendi et cognoscendi scilicet formalia. cuius unumquodque cognoscatur per suam formam ergo ad noticiam animati corporis requiritur noticia animae supplea priori. et propter quid. Quo ad nos vero sic econtra deuenimus in cognitionem cause per effectus et spiritualis per corporale. et mouentis per mobile. Sicut physiophilus octauo physico procedit ad cognitionem primi motoris ex cognitione primi motus. Dicor patet per totum processum huius libri. Conclusionis sequitur ex premissis. Et potest sic amplius ostendandi. Quia subiectum physice est corpus mobile. Et huius considerari potest dupliciter. scilicet aut incontracte aut contracte. Si primo modo consideratur sic est de eo liber physicom. in quo agitur de corpore mobili hoc modo et communibus passionibus eius que sunt motus. infinitum. locus. vacuitas. Si secundum hoc est dupliciter quia vel contrahitur ad ubi vel ad formam. Si primus sic de eo determinat in libro de celo et mundo. cuius subiectum est corpus mobile ad ubi. id est corpus contractum ad speciale motum. qui est lo-

## Libri primi de anima

calis Si secundum hoc est dupliciter. Quia vel contra hatur ad formam simplicis elementi vel ad formam mixti si primus sic est liber de generacione et corruptione. Si secundum hoc est dupliciter vel contrahitur ad formam mixti imperfecti. et sic est liber methaeozorum. Vel ad formam mixti perfecti et hoc est dupliciter. vel inanimati et sic est liber de mineralibus sicut sunt aurum. argenteum. plumbum. de quibus Albertus pulcher edidit librum. Vel inanimati et hoc dupliciter. Quia vel determinatur de principio animatorum. et sic est liber de anima de quo nunc est sermo. vel in speciali et sic sunt libri de vegetabilibus et plantis. et de animalibus. Ex quibus luce clarius patet quod liber de anima secundum illum processum sextum obtinet locum.

## Ad obiecta in opposi-

tum. Ad primum est dicendum. Quod licet anima non cadit sub sensu quo ad substantiam suam et naturam. tamen cadit sub sensu quo ad operationes suas ex quibus deuenimus in cognitione substantie. Et ergo dicit Albertus quod deus gloriosus ad hoc nobis dedit rationem et intellectum et intellectus reflecti ad sensum non sunt sensibilium sed etiam que sub sensibilibus latentes accipiuntur et pertractentur. Latentes autem sub sensibilibus insensibilis substantia et quiditas que per operationes nobis innescantur. Sic etiam insensibilium cause innescantur quando comparamus sensibilitatem ad suas causas. et adiutum est oppositas esse proprietates sensibilium effectuum et insensibilium. Licet igitur omnis nostra cognitio a sensibilibus incipiat tamen profunda circa ea omnia que sensibilibus quoque cum modo attribuiuntur. non semper stat et terminatur circa sensibilitatem sed extollit vehementer in immensum ad ordina et remota a sensibilibus. sicut causam primam. et intelligentias. et seipsum. eo quod adiutur circa sensibilia negotiando raciocinando et intelligentia sensibilium quiditates. ac quod hoc ipsis querere de seipso et de seipso habere non possunt. Ad secundum est dicendum. Quod duplices sunt potentie ipsius animae. Quedam sunt intellectus sicut in intellectus agens. possibilis. et voluntas. et de illis manifestum est quod sunt proprietates anime sicut in textu dictum est. quia fluunt ab ea sicut a completo subiecto. quas etiam habet post separationem sui a corpore. Aliae sunt potentie que fluunt ab anima et corpore simul. sicut potentie vegetativa et sensitiva. Et de illis est dicendum. licet non fluant ab anima sicut a completo subiecto. fluunt tamen ab anima sicut a completo principio et sicut a subiecto principali quia licet potentie illae sunt in anima et corpore. principali sunt in anima quam in corpore. et ideo demonstratur de ea sicut de subiecto principali quia non totali. Albertus proportionabiliter ad ista sicut circa textu ratiocinus dicit quod duplicita sunt accentua propriae. Quedam sunt proprietas et quod a in subiecto considerat corpore et talia sunt intellectus et voluntas. Aliis sunt accentua communia sibi et corpori quod haec animam non accidit corpori secundum quod corpus est in se. sed potius secundum quod anima est in tali corpe animato quod est corpus animal. Et illo quod accentuum quod passiones vocantur adhuc sunt duo genera quod una est passio quae incipit ab anima et expicit per corpus sicut visus. auditus. et oculo sensus et ovis vegetatio. Altera est passio quod incipit in corpe et redundat in anima. ut somnus et vigilia quae incipiunt ab evaporatione ciborum. et efficiunt ligamentum vel solutio virium animae. Et de aliis his passionibus tractat

## Tractatus primus

hic liber. et sunt passiones que diuersimode de anima ostendiuntur. et quod falsum est quod assumunt animam passiones non habere.

Ad tertium est dicendum quod anima considerat dupliciter. Uno secundum est forma prius ipsum corpus animatum. Aliud est cum eo unum inesse realis existentie et sic non est de ea scia. Alterum accipit ut est quodam forma rationis respectu suorum specierum salte in esse notionali et intellectuali. respectu scilicet animalium. sensitivae. et intellectivae. et sic de ea est scia. Ad quem responderet Albertus licet anima substantia. passiones eius. et opera non sunt corpus mobile. quod est subiectum naturalis physiologie. est tamen anima principium essentiale talis corporis. et ideo scientia de anima est naturalis et physica. Et istud manifestum est de anima vegetativa et sensitiva. De rationali quodam vero dubitate videtur ipsa sit principium corporis animatus. et forma eo quod habet operationes quasdam quas non expletat organis corporis. sicut sunt intelligere et velle. Sed certum est anima rationalem esse in corpore hominis et esse perfectionem eundem secundum quod homo est. secundum quod est eius perfectio non habet affectionem cum hominibus aliqua parte. sed potius in eo quod liber et utiliter intelligit. et vult. dividitur sive distinguuntur ab omnibus aliis. cum quibus in natura generis conuenient. et in iunctum talis anima perfectio est huius animam. videtur quod eadem sub scientia naturali. Et hoc est quod probatur in ethicis dicitur. Distinguis quaedam esse naturalia homini ex genere. et quedam ex differentia que est constitutiva speciei humanae et communicare hominem in concupiscere et sentire etiam cum aliis animalibus secundum communem generis esse tamen hominis in quantum homo est. tantum intellectum est. Ad quintum est dicendum quod scia de anima secundum ordinem dignitatis et perfections propter causas in textu tractas est in primis ponenda sed secundum ordinem doctrine inter scientias naturales est pars sexta et non prima ut dicit Albertus. Quiaordo doctrine non sequitur priorat dignitatis secundum ordinem rationis tenet. secundum quod de ceteris prior est species. sicut in praemio physico dicitur est. Sed dices. Secundum ordinem dignitatis. Scientia que est de toto est dignior ea que est de parte. sed scientia libri de sensu et sensato est de toto et ista de parte. Ergo illa precederet secundum ordinem dignitatis. Ad quod dicendum est quod in aliqua scientia duplicitate determinatur de toto. Uno modo descendendo etiam ad singulas partes hoc est de toto synecdoche goematice et sic scientia de toto est dignior scientia de parte. Quia scientia de toto etiam includit scientiam de parte et cum hoc plus. et hoc modo liber de sensu et sensato et de animalibus non determinatur de toto. Altero modo potest fieri in aliqua scientia determinatio de toto cathegoematice id est sub ratione totius sive totalitatis et secundum proprietates magis convenientes toti quam partibus. et sic scientia de parte potest esse dignior quam scientia de toto quia contingere potest quod partes habeant nobiliores proprietates quam totum ut huiusmodi. et sic est de anima. quia anima habet absolute nobiliores passiones quam corpus.

## Questio secunda

Utrum predicta anima scientia. inter ceteras naturales magis difficulter sit utilis ac honesta.

Et videtur primo quod non sit magis difficulter. Probabitur. Quia nullum certum videtur esse difficile. scilicet scientia de anima est certissima. igitur non videtur magis difficulter

## De proemialibus

**D**inor est phis in textu. Et affirmatur sic. Quod ois cognitio est pernotiam obiectu. scilicet aia est maxime sibi prelens. ergo sequitur quod maxime sit sibi ipi nota. et quod pns non est difficultus.

Secundo quod non est magis utilis probatur. Quia omnis scientia ut dicitur in textu est de numero bonorum honorabilium. sed veris delectabile. et honestum ex opposito dunt bonum. ergo non potest esse utilis scientia de anima.

Tertio sic. Logicius presupponit positum. sed non omnis scientia est honesta sive honorabile bona. ergo non videretur ista esse magis honesta vel honorabilior. **D**inor patet quod quedam sunt scientie prohibite. que vocantur magice sicut necromantia. pyromantia. geomantia. et sic de aliis. Etiam physica que et medicina dicitur. et scientia legum phibentur sacerdotibus. Pro veritate quesiti est phis in textu. et ponitur iste discursus.

**M**aior Substantiam. partes. et accidentia anime. scientia littera inuestigare. multum est difficile. **D**inor Horum nihilominus inquisitionem. intellectus dociles et attenti non deserunt. sed demonstrationis firmitas. subiecti mirabilis bonitas. et finis utilitas beniuole eodem alicuius. **C**onclusio. Est igitur hec scientia inter physicas difficilior. magis utilis. ac honorabilior.

**M**aior est phis in textu. ostendit varias difficultates circa scienciam de anima tam in modo procedendi quam in modo inuestigandi ipsum quod quod est. in cognitione partium accidentium et aliorum. Et ergo dicit Albertus in summa de homine. quod est duplex via in cognitione anime. quarum una est. quod cognitio nescientie ipsius et nature. cognoscitur cause accidentium que sunt passiones partium eius. omnis enim passio causatur a principiis substantiae et hec via prior est. et difficile est sic procedere quia substantia anime notitia est difficultas. Alia est via. a passionibus sive accidentibus propriis (que inferunt sibi passiones) procedens in cognitionem partium anime. quibus illa accidentia inferunt passiones sicut color. visus. sonus. auditus. et sic de aliis et hanc et via posterior. et iterum difficultas est ut dearticulat philosophus in textu. Quod autem ista via sit a posteriori. manifestum est. quia principia cognitionis sunt accidentia que supponuntur cognita. non autem cognoscuntur nisi ex causa. causa autem accidentium est substantia. et natura subiecti illius cui accidentum accidentia illa. et ita utram via est necessaria propter quod dicit phis in textu. Utid autem non solum quid est. utile esse ad cognoscendum causas. accidens subiectis inesse sed et contraire accidentia magna parte conferunt ad cognoscendum quod quid est. et per se sequens hec notitia difficultas est. **D**inor patet quia tacta in propria fatione scientiam appetibilem. si igitur hec scientia habet predicta ipsa erit appetibilis et per se sequens attente querenda et sic dociles intellectus et attenti. hoc inquisitorum non deservunt sed predictos beniuole alicuius. Et iuxta Tullium in rhetorica quilibet doctor in proemio sui libri debet facere tria. scilicet reddere discipulos beniuolos. dociles. et attentes. Beniuolos quidem reddit ostendendo scientie bonitatem. dociles ostendendo ordinem. attentes rangendo difficultatez ut in exordio textus tactu fuit. Quod autem in hac scientia sine demonstracionis summis et subiectu mirabilis

## Eiusdem

bonitas ostendit per ordinem. Primo quod hic sit firmitas demonstrationis. quia licet quo ad nos est. Alter. occultus habet principia eo quod nostro intellectus oculus se habet ad ea qui manifestissima sunt secundum naturam sicut oculus vesper. tunc ad lumen solis tamen nihil est manifestius in natura quam sibi et ergo omnis cognitio qui est lumine intelligentie in nobis. Ad illud enim lumen certificat quicquid certe scitur. et tunc sciri iudicatur quando illi conueniens invenitur. Sic enim medium virtutis moralis quod non est idem omnibus examinatur et proportionatur illi medio. quod natura in eius est in qualitate et tunc est satis quando illi congruit sic necesse est absque dubio primum lumen (ad quod examen refertur verorum intelligibilium) intrus esse a natura propter quod dicit phis principia nobis quodammodo esse innata sicut innata est quodammodo forma materie. **L**uz igitur sic sit anima certificans ad seipsum quicquid certificatur. opozit etiam scias de aia esse certissimam et firmissimum de demonstrationi. **S**ed etiam scilicet hic sit subiecti mirabilis bonitas probatur quia ipsa ut dicit Albertus est nobilitatis subiecti quamque alia scientia corporum et mirabilior. **Q**uod omnis sapiens admirabitur de causa lucis intellectus aie et passionibus eius et qualiter est omnia intelligibilia quodammodo et quantum ad facere oia intelligibilia et verum ois anima sit separabilis vel non. **E**ciam dicitur mirabile subiectum eius secundum quod est in aliqua sua parte de numero substantiarum separari. Ille enim substantiae per hoc et multi elephas et sunt supra lumen et imaginalem admirabile esse hinc in contemplantibus eas.

**C**onclusio sequitur ex precisis quia ex maiori habetur quod sit difficultas et minore quod est magis utilis et honesta inter ceteras scientias naturales. cuicunque hic sit comparatio in genere et non simpliciter quo ad omnes scientias. Quia hoc modo metaphysica que est de deo et intelligentiis principaliter est aliis honorabilior. Sed forte quereres quomodo haec scientia dicatur utilior. **S**olutio. Quia notitia sive scientia anime proficit ad veritatem omnium. Quod sic ostendit Albertus in summa de homine. quia omnia dicuntur res et rationes. Res autem sunt vel a natura vel ab anima. Ab anima sunt res ethicae que sunt opera voluntatis et mechanicae quorum principium est intellectus factius. Res autem a natura sunt in motu secundum esse et rationem. et ille sunt sensibiles. **E**t secundum esse quidem sunt in motu secundum rationem autem abstracte a motu. et ille sunt mathematicae vel imaginabiles. **E**t secundum esse et rationem sunt separate a motu et sic sunt diuine que sunt intelligibles tantum. **E**nde anima quoddam principium est omnium per intellectum sive rationem. **D**oxalium quidem per proheresim id est eligentiam sive voluntatem. et per intellectum actuum principium agibilem et per intellectum factuum actionum mechanicarum et principium veritatis. naturalium per sensum. et principium veritatis mathematicalium per imaginationem. et veritatis diuinorum per intellectum. **E**nde dicit philosophus in libro de anima. quod ipsa est quodammodo omnia. et similiter dicitur in mathematice sive scientia et sentiens mensurant quodammodo omnia que sunt. **A**nima enim dicitur bonum. nobile. honorabile et mirabile. Et secundum rationem dicitur anima bonum et optimum secundum quod ipsa est ultimus finis in natura. Ab eo enim quod est finis est optimum. et ab eo quod est ultimus est optimum. et hoc patet ex ratione forme que ponitur primo physicorum. in qua diecius est diuum optimum et appetibile. **S**ed etiam per se est differentia ratione habet a natura. et alter mouet quam

## Libri primi de anima

ates actine et passime et non habet principium materiale ex quo sit. sic dicitur nobile. Et hoc patet ex eo quod dicunt ante finem primi de anima. impossibile est aliquid esse melius anima. Inconvenientius adhuc est intellectum esse ut materiam. Rerum nobilissimum enim est intellectus. anima habet nobilissimum et propriam naturam. Rerum nobilissimum est quod maxime speciei et rationis est tributuum. Nobilissimum autem est cum sic non aliqutatur materie sicut qualitas quedam elementalis secundum quam est agere et pati. sed mouet corpus secundum proprietas et suarum virium. ut infra patebit. Proprium enim est secundum naturam quia distinctum ab alijs physicis est. Alterum enim anima generat secundum ignis vel aliud elementum. quia anima generat determinata virtute. determinato organo. per decisionem superflui nutrimenti corporis cuius ipse est actus et motor. Alia vero corpora inanimata non sic. et simili modo est dicendum de alijs moribus et accidentibus. Dicunt etiam anima honorabilis per relationem ad ea que perficiunt ipsam secundum bene esse ut sunt scientie et virtutes quibus non est alia natura perfectibilis puta alsim leonis vel planete.

## Ad obiecta in oppositum.

Ad primum est dicendum quod scientia de anima est difficultima nobis. quo ad cognitorem propter quid et a priori. hinc est sit certissima in secundum naturam. propter quod dicit secundum metaphysice et intellectus noster se habet ad manifestissimam nature sicut oculus nocte ad lumen solis. Ad confirmationem est dominum licet anima sit subiectum maxime prelens inesse nature ut probat argumentum non tam in ratione obiectum intelligibilis. quia sic non intelligit se nisi postquam intellectu exercit alia ut in tertio huius dicit. Ad secundum est dicendum quod dominus et diuisio boni in bonum veritatem delectabilem et honestum non est diuisio in oppositis res sed in oppositos modos et ergo vnu et idem bonum dei potest honestus et veritatis. quod sicut dicit Lullius in libro de amicitia. Omne honestum plus rimas sibi habet adiuncetas virtutes licet neque nomine neque diffinitorem formam ex illis. Ad tertium est dominum duplicitem. primo et magice illae sunt honorabiles quantum ad id scientie sive noticie quod est in eis. sed physibz sunt et male inveniunt affectum et propter dilectionem discipuli cum tali doctrine pactionem. de qua versificat illud. Perceulisti fedus cum morte. Vnde dominus est melius et triplici de causa scia aliqua. phibetur. Uno modo ex parte scientiarum. et sic phibentur pyromantia. geomantia. necromantia que comunicantur homini a demoni ex pacto vero vel interpretatio initio cum eo. et iste scientie sunt simpliciter prohibite quod non licet alicut christiano habere pacrum cum demoni quoniam docet aliquam veritatem nisi in finem deceptoris. Secundo dicuntur scientie phibentes. propter vnum quia timetur de malo vnu earum quibus in se sunt bone sicut scientia conficiendi toxicum. Tertio sunt alique scientie prohibite in ordine ad discendentem et certam personam quibus in se sunt bone etiam hoibz necessarie. et sic interdicitur per obiectum studium medicinae et legum. Quia detinet esse in teni alterius studio puta theologie et sacrorum canonum.

## Circa predicta sunt multa dubia. Primum est. Ulrum de anima sit una scia.

Et videtur primo quod non. Quia de infinitis non est scientia una. sed anima sunt infinitae. ergo de eis non est una scia. Minor patet quia individua in specie humana sunt infinita.

## Tractatus primus

sed quilibet talis habet animam. Secundus est. Illa que sunt diversorum generum non cadunt sub una scia. sed anima vegetativa et sensitiva sunt diversorum generum. ergo non cadunt sub una scientia. Minor probatur quia differunt sicut corruptibile et incorruptibile. Soluto sic quia habet unum subiectum. quod sub una ratione formaliter consideratur. sed a subiecto formaliter accepto sumuntur unitas scientie. Primum probatur quia subiectum ut statim dices est anima secundum quod est secundum ipsum originale suarum potentiarum. Ad obiecta in oppositum. Ad primum est dominus quod ait accipiuntur duplicitate. Uno modo est numerum et sic sunt infinitae id est indeterminate. Nec est etiam ea pars numerus. quia individua secundum Porphyrii sunt infinita tam quo ad nos quam quo ad naturam. Alterum accipiuntur ait secundum spes suas. et postea secundum suas spes subalternas. et sic sunt finites et habent finitas potentias de quibus in posterioribus erit sermo. Ad secundum est dominus quod illa que sunt diversorum generum scilicet non cadunt sub una scientia. sed illa que sunt diversorum generum physicalium. vel logicalium. cadere possunt sub una scia. scilicet patet de subiecto et propria passione. et de decem predicamentis que sunt primo diversa. Anima vero diversae sunt bene diversi actus diversarum materialium. et tamem conuenit eis una communis ratio et definitio ut in secundo huius patebit.

## Secundus dubium est

Ultimum ista scientia de anima sit pars philosophiae naturalis. Et videtur primo quod non. Quia anima rationis est quedam intelligentia creata ut dicit Isaia in oratione eremitanis et epis. igit est metaphysica consideracionis in qua determinata de deo et de intelligentiis et per se non cadit sub consideracione physice. Et confirmat quod mouentia non mota non sunt physice consideracionis. ut vult philosophus secundum physicos. sed anima mouet corpus. non mouet. igit non est physica consideracionis.

Solutio sic. quia illa scientia est naturalis sive pars philosophiae naturalis. que considerat de corpore mobili vel parte eius. sed sic est de ista. Minor probatur. quia anima de qua est ista scientia est pars animi corporis. et corpus animi consideratur ex anima et corpore. Secundum. Illa scientia naturalis est que considerat de forma que necessario habet esse in materia vel necessario habet creari in materia. sed sic est de anima. Quia anima vegetativa et sensitiva necessario habent esse in materia. Ita quod nunquam sine ea esse possunt. Anima vero rationalis necessario habet creari in materia quia non sunt create a nomine ante corpora ut erronee putauit Plato. licet post separationem a materia. sine corpore possum manere ut quandoam intelligentie. Ad obiecta in oppositum. Ad primum est dominus. quod anima intellectiva accipit duplicitatem. Uno modo secundum se sive secundum suum superius. et sic est quedam intelligentia cadens sub consideratione metaphysicae. Alterum accipit secundum se sive secundum inferius sive secundum quod est anima animas secundum corpus et sic est forma materie que salvo gradu sive entitatis sine materia produci vel creari non potest. et sic videtur quod est physica consideracionis eo quod de omni forma materie physicus se intromittit. Ad secundum est dominus quod licet anima per se non moueat et ramen principium formale corporis mobilis. Et hoc sufficit quia scientia non est in eis quae sunt vnum sed etiam eis que sunt ad vnum. Et sic illa que quoque modis ordinare habet ad subiectum illa sub scientia cadunt. Sed forte dices. Consideratio anime spectat ad moralem phiam. Ignoramus non ad naturalem. Huius probatur quia virtutes de quibus determinatur in

## De praemialibus

moralis phia sunt accidentia anime. modo ad eandem scientias spectat definire passionibz et subiecto. Ad qd dicendum est qz moralis phia non tractat de anima in communz. sed tñ de anima ronal. quia illa solum potest virtutibz informari. Nec ramen de ea tractat eo modo quo naturalis phus. quia naturalis phus tractat de ea inqz tum est perfectio corporis sive materie. sed moralis phs fm qz est informabilis per utibz intellectualibz et moralibz

## Tercii dubium est An

anima considerata sñm suam substantiam et partes suas subiectivas et potestatuas sive hic subiectum. Et videt pmo qz non. Quia scientia per subiectum distinguatur ab alia scientia. sed per animam non distingueatur ista scientia ab alijs. sicut non est subiectum. Minor probatur. qz anima est subiectum cuiuslibz scientie. Secundo sic. omne subiectum dicitur alicibi passionibz sed ita nō p substa re passionibz ergo non est subiectum. Minor probatur. quia forma simplex sñm Boerium nullius subiecti esse potest sed anima est forma simplex. ergo nullius subiectum esse potest. Tercio sic. corpus animatum est subiectum. ergo nō anima. Consequientia est manifesta. Antecedens probatur qz potentie de quibz phus determinat (quales sunt ipsi) us anime vegetativa et sensitiva sive totius pfecti et non sive tm. Et confirmatur qz si corpus animal nō esset subiectum tunc ista scientia non esset subordinata phie naturali qz scia non ptractat subiectus qd est corpus mobile.

Quarto sic. de subiecto dicitur precognosci quid est et qz est. sed in hoc libro investigatur qd est ipsius anima. qz non est anima subiectus. Minor patet in secundo huius ubi phus venat duas definitiones eius. Quinto sic. de corruptibili nō potest esse scientia. sed anima est corruptibilis. ergo de ea non potest esse scientia. Minor patet de vegetativa et sensitiva alijs. Solutio sic. qz illud est subiectum scientie quod est principaliter in scientia intentiaz et ad quod omnia in scientia considerata quadam analogica reductione reducuntur. sed sic est de anima. Minor patet qz in pmo libro et in una parte secundi determinat de subiectu anime. et in alia parte secundi de partibz subiectivis. qz sunt anima vegetativa sensitiva et intellectiva. et in alia de partibz potestatuas que sunt potentie. sicut generativa. augmentationia. auditiva. visiva. olfactiva.

Ad obiecta in oppositum. Ad pñm est dicendum qz est duplex subiectum scientie. scz inhesionis et attributi onis. Subiectum inhesionis omnis scie est anima. sed non est subiectum attributi onis per quod est distinctio vnius sci entie ab alia. Ad secundum dicendum est. Ad probatoz minor. qz forma dicitur quadrupliciter simplex. Uno modo qz est in fine simplicitatis. et sic solus deus est forma simplex et talis nō potest esse subiectum alicuius accidentis. eo qz in deo nullū cadit accidens. potest tamen esse subiectu ppositionis. vt patet dicendum. Deus est bonus. est misericors. est iustus. et sic de alijs. Secundo dicitur forma simplex. quia non est composita ex materia et forma. et sic angelis dicitur forma simplices. quia non sunt compositi ex materia et forma. licet ex quod est et quo est. sive hyliatim et esse et talis forma simplex bene potest esse subiectu accidentis. sicut in agelo sunt intellectus et voluntas que sunt de seculis da species qualitatibus. Tercio dicitur simplex per oppositio nem ad mixtum. et sic dicit phus in primo de celo quinque esse corpora simplicia. et qd illo modo simplex est potest

esse subiectum accidentis materialis. sicut patet de elemen tis que subiacent suis qualitatibus. Quarto dicitur forma simplex. qz nō includit in se multitudinem suppositorum sñm qz hinc et sic species specialissima est simplex. Anima vero nō est simplex pmo mō. sed est secundo modo simplex. qz non est pposita ex materia et forma. vt in tertio huius dicitur. Ad tertium est dicendum. qz corpus animatus nō potest esse subiectum. qz non est pmutne omnibus consideratis in ista scientia. qz licet hic determinetur de quibusdam potentibus pmutibus toti pfecti. tamen etiam determinat de intellectu agente et possibili. que sunt potentie immate riales et inorganicas et non totius concordia. Sed anima in pmuti ad oia illa se extedit. Et etiam licet hic determinetur de potentibus que sunt pmutnes toti pfecti. tamen de eis hic determinatur in quantum ab anima tangua ab origi nali principio dependet. et in libro de sensu et sensato inquantum sunt totius pfecti. In cuius signo ibi omittit determinationem de intellectu. et de articulat magis materialem ppositionem organorum. et generationem obiectorum ut ibi videbitur. Ad confirmationem est dicendum qz est duplex contractio iuxta superioris dicens. Quedam est ad partem subiectuam. et sic non ptractat subiectum istius libri subiectum naturalis phie. Alia est contractio ad partem integralem. et sic anima etiam ptractat corporeabile. qz ipsa est pars integralis eiusdem. Ad quartum est dicendum. qz de subiecto dicitur presupponi quia est et qd est in actuali demonstratione. pur phus innuit pmo posteriorum. sed in principio scientie bene possunt pdicta inuestigari. et sic fit in pposito. Ad quintum est dicendum. licet anima vegetativa et sensitiva corrumptatur sñm et non merale. nō tñ sñm esse specificum. Etiam corruptibile accipitur duplamente. Uno modo vt dicit aptitudinez ad corruptionem actualiem. et sic de corruptibili potest esse scientia ut de subiecto. eo qz potest cognosci sive demonstrari ipsum esse corruptibile. et hoc est verum et necessarium. sed nō potest de eo esse scientia tanquam de pclusione demonstrata. Alio modo accipitur corruptibile improprie et sic significat actualem corruptionem. vel quod actu non corruptibile natu est actu corrumpti. sicut fortes vel platos modo sunt corruptibles. Et sic non est de corruptibili ut de subiecto scientia. Quia tale nō potest habere passionem que dicatur incorruptibiliter de eo.

## Quartum dubium est.

circa pñmam ppositionem textus. An bonum puenienter diuisum est in utile delectabile et honestum. Et videtur pmo qz non. quia phus pmo ethicorum diuidit bonum in decem pdicamenta. igitur non videtur sufficienter in hec tria membra diuisum. Secundo sic. est aliquid bonum laudabile terminans appetitum. ergo non est diuisio sufficiens. Tercio sic. bonum honestum et bonum delectabile sunt unum et idem bonum. ergo non est triplex bonum. Antecedens probatur p philosophum dicentem qz phia qz est bonum honestum habet mirabiles delectationes ame ras. Quarto sic. bonum delectabile et utile coincidunt. Probatur. quia potio medicinalis dulcis utilis et delectabilis.

Solutio sic. quia bonum dicitur a boare quod est vocare. quia vocat ad se appetitum. dicente pho primo ethicorum. Bonum est quod omnia appetunt. Sed duplamente aliquid appetitur. scz vel refi

## Libri primi de anima.

nis vel ut ordinatum in finem. Si secundum sic est utile quia tale ordinatur in fine. Sic dicitur dicunt bonū utile inceptum non propter se sed propter finem alium scilicet felicitatem sunt quendam ratiōnē quedam organa eiusdem. Si appetitur ut finis hoc est dupliciter quia vel est finis appetitus sensitivus aut intellectivus. Si primum sic est delectabile quod tamen queritur propter delectationē. Si secundum sic est bonū honestus quod propter se queritur. De quo di Tullius et ipsum sua viros trahit et sua dignitatēs allicit.

Ad obiecta in oppositum. Ad primum est dicendum quod bonū accipitur dupliciter. Uno modo transcendenter ut queritur cum ente. et sic dividitur in decessū predicationē. Alio modo accipitur ut est terminus appetitus. et sic dividitur modo praetatio. Quia istis tribus modis terminatur appetitus. Ad secundū est dicendum quod bonū laudabile reducitur ad honestum. Pro illo tamē notandum est quod laudabile accipitur dupliciter. Uno modo ut illud dicitur laudabile quod formaliter habet in se rationem honesti. quod scilicet propter se appetitur. et sic coincidit cum honesto quia laus et honor solum differunt in rationem. Quia honor detetur bono honesto sicut se accepto. sed laus debetur sibi per comparationē ad finem. et sic bona laudabilitas sit honesta propter finem. Alio modo accipitur laudabile improprie sicut laudamus aliqua naturalia ordinata ad virtutem. et sic laudabile potest contineri sub bono utili sed sic improprie accipitur. quod dicit physis tertio ethicorum et ab his que a natura insunt non laudamus neque virtus per am. Ad tertium est dicendum quod ista tria bona possunt capi dupliciter. Uno modo cum precisione inceptus in uno parte inveniuntur honestū. et in alio precise utile. et in alio delectabile. et sic distinguuntur. quia aliquid reperitur quod est solum honestū. sicut scientia speculativa et beatitudo. et reperitur etiam aliquid quod precise est utile et tamē non delectabile neque honestū. sicut portio medicinalis amara. quod est utilis et tamē non est delectabilis. Et hoc modo aliquid est delectabile quod nec est utile nec honestū. sicut suppletione vini. Alio modo accipiuntur ista tria sine precisione. et sic possunt materialiter in eodem concurrens. licet formaliter distinguantur inceptus est alia ratio utilis et delectabilis. sicut per dulci potionē vini que absolute accepta ē delectabilis. sed relata ad finem. scilicet sanitatem est utilis. Et sic illa divisione est analogi in sua analogata. eo quod bonū dicitur primo de bono honesto quod est simpliciter bonum. secundo de bono delectabili. quod terminat appetitum simpliciter. et tertio de utili quod solum terminat finē quid. in quantum est subfinale ordinatum in finem et non finis. Et finē istam distinctionem est etiam triplex amicitia. Una est que fundatur in bono honesto. et illa est permanens et vera. Alia in bono delectabili. et illa est cito perit. sicut delectabile cito vertitur in amarū. Tercia que fundatur in bono utili. et illa statim habet finem. quia cessante tali bono siue mouente cessat amicitia.

Ad quartum est dicendum quod bonum delectabile accipitur dupliciter. Uno modo generaliter sicut hoc ē delectabile quod delectat sensum vel intellectum. et sic coincidunt bonum delectabile et honestū. Quia sunt multa bona que delectant intellectum. et sic dictum est quod philosophia habet multas delectationes sinceritate et puritate. Alio modo accipitur delectabile pro eo quod delectat sensum. et sic distinguuntur contra honestum. quia nunc ipsi est honestum quod sensum delectat.

## Tractatus primus

### Quintum dubium est

Utrum omnis scientia sit de numero bonorum honorabilium. ¶ Et videtur quod non. Quia scientie speculativae amminiculares non queruntur propter se. sed propter aliud sive alias scientias. ergo non sunt de numero bonorum honorabilium. et consequens non omnis scientia est de numero bonorum honorabilium.

Solutio omnis scientia speculativa est de numero bonorum honorabilium. non autem practica. non tamen propter quelibet notitiam. sed illa que vere scientia est. Quedā vero sunt scientie quas non querimus propter se. sed ut nos amminiculentur ad alias. sicut sunt scientia topicorum problematum et scientia de instrumento scientiarum quod vocatur syllogismus. et uniuersaliter scientie sermocinales. Et ille non sunt vere scientie. sed modi omnium scientiarum. et notitia talium non vere ut dicit. Alterius est de numero bonorum honorabilium. sed potius de numero utilium bonorum. Quia honorabile est quod propter se quod rimus. utile vero ut tactus fuit quod querimus propter aliud. Honor enim primum virtutis est. et proprie virtutis que hominis est ut homo. que est virtus contemplativa ut scientia sapientia. intellectus. prudentia. et ars. ut dicte plures in sexto ethicorum. Utile vero est sicut instrumentum quo aliquid propter ipsum intenditur quod ipsum adipisci. Et pro illud pars solutio ad obiectum.

### Sextum dubium est

Quare ista notitia vocatur a pho historia. ¶ Solutio Quia phis tractat huius de anima in quadam summa non conveniendo ad finalē intentionem. Quod patet. quia de potentia anime mundi sibi et corpori. tractat latius in libris parviorum naturalium. et completa notitia intellectus pertinet ad primum phis. Etiam procedit hic ex operationibus viventium sicut omnem vitam quas in nobis experimur. sed tractat de gestis et operibus humanis vocali soler historia.

### Septimum dubium est.

Quare phis in textu ponit tamen duos modos inuestigandi ipsum quod quid est. cum tamen sint plures. ¶ Solutio Quia iste due opiniones tempore suo fuerunt magis famose. quarum una fuit Hippocratis quam tangit aposteriorum. improbans eam. Alia vero Platonis qui dixit quod quidditates essent inuestigande per vias divisionis syllogisticae. sed philosophus vult quod definitio per viam divisionis inuestigari potest. sed non syllogisticae sicut dicit plato. et illa via divisionis coincidit cum via compositionis. quod ad hoc genera dividuntur. ut postea ponatur cum eis difference ad definiendum et certificandum ipsum definitum.

### Octauum dubium est

An actus et potentia non differunt pariter sicut dicit in textu. cum tamen dicat philosophus non metaphysice et potentia identice transire in actum et fit in actus.

Solutio. Duplex est potentia. scilicet activa et passiva.

Activa est triplex sicut tripes genus cause agentis. scilicet

## De proemialibus

cause efficientis formalis et finalis. **Potentia effectiva** et finalis distinguuntur a suis actibus essentialiter, eis finis et efficientis sunt cause extinse. Unde efficiens agit transitus sicut finis retransitus. Sed potentia causa formalis et suus effectus non differunt nisi modaliter, sicut essentia et esse, lux et lucere, quia agit transitus seipsum posse in materiam, ita et esse et da forma materie non est aliud quam ipsa forma diffusa in subiectum. **Potentia vero passiva** est duplex, scilicet subiectiva et formalis formabilis. **Potentia subiectiva** est essentia materie, dicere commentatores, materia substantiatur per posse, et hec potentia distinguuntur essentialiter ab actu. Sed potentia formalis formabilis que vocatur inchoatio forme conueniens materie secundum et stat sub actu causalitatis causarum effectuum et generantium, illa est que identice transit in actu et sit actus. De prima loquitur phus in textu, et illa non parum differt ab actu.

## Nonum dubium est

**A**n animal uniuersale nihil est aut posterius est. **Solutio**, sic, quo ad actum uniuersalitatis, non autem quo ad aptitudinem. Cum enim duo sunt de ratione uniuersali, scilicet unitas et communicabilitas, et hec solum sint in intellectu, uniuersale erit necessario posterior singularibus. Quod sic ostendit Albertus, quia natura animalis que est principium esse huius vel illius animalis, est in ipso esse animalis, et est particularis non precedens ipsum tempore, sicut voluit Plato, quia si precederet ipsum non possemus habere notitiam particularis, nisi per ipsum, sicut non cognoscimus modo res naturae nisi scitis causas ex quibus sunt. Natura ergo forme generis vel differentie que est in ista re demonstrata in esse nature, est in uno et non in alio. Sed cum intellectus noster accipit intentiones essentialium principiorum huius rei demonstrare quae sunt potentia et actus, et abstrahit eas a materia et ab aliis individualibus, tunc agit in eis uniuersalitatem. Et hoc modo uniuersale acceptum ut uniuersale posterius est, et non prius, sicut dixit Plato, volens et preceperet secundum esse omnia sua singularia. Hec tamen natura que est principium essentialiale huius particularis demonstratis, prius est finis causam et intellectum quam res principiata per ipsum, quia alter non est causa eius essentialis. **O**ut autem ista vera sint quod dico, sicut testatur translationis Aretotelis arabica que sic dicit. **E**cce debemus preservare nos ne ignoramus verum definitio eius sit eadem ut definitio viuere, aut sit alia in qualibet. Verbi gratia definitio equi, hominis, et dei. **U**num autem uniuersale aut nihil est aut posterius est. **E**t hoc exponit Aquerois modo predicto. Greca autem translationis discordat ab hac, et est mendosa ut putat Albertus, habet enim sic. **D**icendum est autem quatenus non lateat viri ratio ipsius animi sit an sicut animalis finis uniuersus altera. **E**cce si deterret concordari cum arabica sit deterre habere. **I**strum una ratio ipsius sit sicut animalis, aut sit secundum uniuersus altera. Tunc enim plana esset. Sed quia in multis inveniuntur translationes grece emendationes quam arabice, ideo sustinendo grecam **D**icendum est, et animalis in ratione generis considerati est una ratio, que est ista scilicet, substantia animata sensibilis, sed eius in speciebus accepta et per differentias contracta, ratio est altera et altera. **E**t licet hec solutio sit quidem vera prout ad longum circa

definitionem uniuocorum in predicamentis declaratus est, primus enim magis conueniens est ad propositionem **D**icitur cuius amplior notitia Albertus distinguat triplices uniuersales, scilicet ante rem, in re, et post rem, et quia de illa divisione et membris satis diffuse disputatum est circa secundum tractatum Petri hispani, et Isagoras Porphyrii, ideo de ea supersedendum est hoc in loco.

## Decimum dubium est.

An accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quid est. **Solutio**, Sic. Illa que omnino ex principiis essentialibus speciebus sunt appropriati effectus et notionalia signa, propriis enim effectus uniuersis gerit in se similitudinem sue cause finis quam potest suam causam aliquantiter manifestare, que tamen manifestatio non est nisi quia est et posterior. A priori vero demonstratur passio de subiecto per medium quod est definitio passionis, ut in secundo posteriorum dicunt est. Accidentia vero communia dueunt tamen in cognitionem dispositionis materialis sive complectionis quam consequitur eo quod talia non causantur a principiis essentialibus, sed tamen a proportionalibus, ut circa capitulum de accidente dictum est.

## Undecimum dubium est

An intelligere sit proprium soli animi nullo modo in hac parte corpori communicanti.

**P**ro responsione ad dubium. **N**otandum est finis dominum Albertum, quod aliud est comunicare corpori in actione vel passione anime, et aliud est comunicare ei quod communica corpori. **C**ommunicat enim illud corpori in actione vel passione, cuius actio vel passio non expletur neque fit nisi instrumento corporali per virtutem affixam organo sicut ambulatio et visus que sunt motu vel passione corporis et per virtutes affixas ipsis membris, quorum unum motu expletus operatur, alterum autem passione. **Q**uia recipit speciem coloris. **C**ommunicare autem ei quod communica corpori dicitur illud cuius operatio licet non fiat motu vel passione alicuius partis corporis, tamen non expletur sine aliis operationibus que fit vel motu vel passione alicuius partis corporis, sicut pater de operatione intellectus intelligentis sensibilis vel mathematicalis. **Q**uia licet intelligere tale non expletatur motu vel passione alicuius corporalis membri, tamen non fit sine acceptione forme sensibilis et imaginabilis perphantasiem que communica corpori in hoc quod operatio ipsius non expletur sine motu et passione membri corporalis, quod est organumphantasiae, oportet enim formas imaginationis etphantasia fieri per motum a sensu factu in spiritu animali deferente formas huiusmodi, et recipi oportet easdem in parte cerebri que est organumphantasiae, et sic aliud est comunicare corpori et communicare communiciandi corpori. **I**stius igitur notatus dicendum est quod intelligere est operatio propria animi et intellectus in qua licet non communica corpori, cum nullius corporis finis philosophum sit actus, tamen communica communiciandi corpori intelligendo physicalia et mathematicalia. **S**ed intelligendo metaphysicalia et virtutis ad seipsum et non adphantasmata, et nec communica corpori nec communiciandi corpori, et hoc modo non proprie dicitur intelligere, sed potius sapere, nec tunc propterea ut hoc intelligit, sed ut in eo est existens quidam dumini.

## Libri primi de anima

### Duodecimum dubium est.

Quomodo intelligendum est dicitur philosophi, quo dicit  
q̄ intellectus vel est phantasia vel non est sine phantasia

Solutio Alberti. non est intelligendum q̄ possibilis  
intellectus simpliciter sit phantasia quandoque sed pro  
tanto quia intellectus possibilis accipit formam que est  
ex phantasia; et sic oportet q̄ motus phantasia termina  
tur ad intellectum. Quidam autem sunt homines id  
ote non discernentes uniuersale a particulari, sed prose  
quunt rationem uniuersalis in particulari permixtam, et  
illorum intelligere est phantasia formalis, que est species  
sive forma impressa organo phantasiae. eo q̄ immixtus est  
ei. Alij vero accipiunt uniuersale distinctum a particula  
ri quod est in phantasia formalis, et illorum intelligere eo  
q̄ oritur a phantasia non est sine phantasia formalis, quia  
licet non communicat intellectus intelligendo corpori, communica  
tamen communicant corpori. Et isto modo eritur error.  
Alexandri qui dixit in omnibus animam communice  
corpori, et non esse separabilem a corpore, quia postea dice  
tur q̄ id quod communicat non corporis est ei quod est com  
municans corpori fin se separatū est, neq̄ corruptitur sum  
pliciter sed tñ fin quid.

### Decimū tertium dubium ē.

Utrum dyaleticus definit per formam solum et physi  
cus simul per materiam et formam. Et videtur p̄mo  
contra primum q̄ non. Quia partes definitionis delent  
posse predicari de definito, sed forma non potest predica  
ri de aliquo, ergo non definit dyaleticus per formā. Vi  
tor probatur, quia pars nō potest predicari de toto, quia  
non dicimus Homo est anima, sed forma est pars rei ut  
manifestum est ex physiologo, et physicordum. Secū  
do sic. Actus et potentia sunt principia cuiuslibet generis  
et praecipue substantie, cum igitur logicus sumat predica  
ta genera et species, videtur q̄ omnia illa sunt composita  
ex actu et potentia, et sic non erunt intentiones solum for  
me sed totius. Tercio sic. Omnis definitio composi  
ta est cum nullum simplex definatur, et hoc solum sit vnu  
cum igitur definitio qualibet complectetur plura. Vide  
tur q̄ dictum physiologi non sit verum. Quarto sic.  
Physicus non definit per materias, quia sola materia nō  
est principium cognoscendi rem, ergo oportet physicum  
omnes causas inducere, ut dicitur, et physicordum.

Solutio sic, ut in textu declaratum fuit  
Ad obiecta in oppositum dicendum est per or  
dinem. Primo ad primum, q̄ forma rei duplicitate potest  
considerari sicut dicit Averroë. Uno modo considera  
tur, ut est actus rei et pars esse eius, et hoc modo non p̄  
dicatur de re, sicut anima non potest predicari de sorte, q̄r  
non dicimus sortes est anima. Altero modo consideratur  
ut est intentio rei abstracta a re, et sic predicatur quia est in  
tentio totius et non partis. Tertium enim potest signifi  
cari sub qualitate forma que in ipso est sive sit generis sive  
differentie, sive speciei sive proprii sive accidentis. Et fin  
q̄ consideratur sicut sub aliqua illarum formarum, sic ab  
stractetur ab ipso uniuersale, et est illud uniuersale int̄io  
sui totius, et ideo predicatur de toto, et has intentiones co  
siderat logicus. Et quedam carum accepte sunt ut sim  
plices, et quedam ut composite. Intentio accepta a toto

## Tractatus primus

secundum q̄ significatur sub forma generis vel differentie  
vel proprii vel accidentis, simplex est et totius intentio, et  
ideo qualiter talis de toto predicatur, quia totum potest  
optime significari sub forma que est essentialis et acciden  
tialis. Et si est essentialis potest esse pars, dummodo illa  
la forma simpliciter et secundum totum insit et non secundum  
duni partem, sicut quedam accidentia insunt secundum  
partem, sicut ethiops albus dicitur secundum dentem.

Forma vero speciei composita est, et quia definitio dicit  
quidditatem rei vel speciei. Ideo ipsa plura continet, sed  
non est composita ex materia et forma, sed prius ex gen  
nere et differentia. Ita q̄ genus est loco materie, et differen  
tia loco forme, tamen illud quod est loco materie non est  
materia, sed est forma generalis abstracta non a qualibet  
materia, sed a materia propria que est proportionata for  
me, que est differentia. Si vero velimus proprium loqui dis  
census q̄ est abstracta non a materia sed a toto fin et to  
rum significatur nomine materie proxime, sicut si sig  
nificatur homo secundū quod est corpus animalium sen  
sibile, sic est materia proxima homini, et quod abstractū  
tur ab eo, ut si significatur est forma generis que est ani  
mal. Et sic p̄ soluto etiā ad secundū et tertium, quia ge  
nus et differentia que concurrent ad constitutionem spe  
ciei habent se per modum potentie et actus et eis in confi  
tutione speciei proportionantur. Ad quartum est dis  
cendum q̄ physicus non definit per materiam solum sed  
per materiam in quantum est materia huius physice for  
me, et si materia secundū q̄ concipitur a forme nomi  
ne et ratione erit principiū cognitionis, et nō per se sicut nul  
lus mechanicus ligna et lapides considerat nisi secundū  
q̄ inducit in eis forma dominus, quia alter non est ut  
q̄ materia definiens neq̄ principium cognitionis. Sed  
quia physicus considerat formas transmutabiles fin eē  
et habent esse transmutatois a materia physica et ab his  
que insunt physice materie. Ideo dicitur q̄ physicus ma  
teriam considerat. Omnem tamen causam considerat se  
cundū q̄ insit ad esse quod habet in materia, quod so  
lum est esse nature et reale. Et considerat mouentem sine  
efficientem secundū q̄ mouet materiam, et formam se  
cundū eē q̄d habet in materia, et finem secundū q̄d est ter  
minus motus quo mouetur materia, et mouet ipsam se  
cundū q̄ est subiecta forme secundū esse quod habet for  
ma in materia.

Et in hoc finitum pri  
mus tractatus primi libri de anima, qui in inelita uniu  
eritate Coloniensi solum legitur studentibus pro forma  
Lui annectere decretū secundū, qui est de opinionib⁹  
antiquorum, sequendo sicut in prioribus Albertum mag  
num, qui originem et radices opinionum magistrissim⁹  
me dearticulat, ex cuius commentariis paucis, mutatis  
totum sequens excerptum est, ad declarationem nonul  
lorum que de anima dicenda erunt, prout liquido constat  
re poterit ei qui etiam cursim ea glegere.

## Secundus tractatus,

# De opinionibus

Rincipium autem questionis apponere que maxime videtur ipsi inesse finitam. Animat uero igitur ab inanima/ to in duobus maxime differre videtur motu et sensu: Accepimus autem et a progenitoribus se re duo hec de anima.

**T**olle est secundus tractatus huius primi in quo determinatur physis de anima finitam opinionem antiquorum. Divi- cens et principium questionum finitam artem traditam in posteriori analyticis est apponere ea in principio que maxime videtur uenire ipsi anima finitam seipsum. Quia ex illo manifestabatur nobis que sunt posterius et finitum aliud convenientia. Animatum autem differt ab inanimato in hoc quod habet animam duo operantem in ipso que sunt in finitum progressiu[m] finitum locum et sensus. Vegetativa enim a quibusdam non dicitur habere animam. sed parte patris anime. ut in libro de vegetabilibus et plantis habetur. Anima vero rationalis non videtur a quibusdam finitam eandem rationem nomen anime participare cum aliis. Animatum ergo quod perfectam habet animam et que vere est anima differt ab eo quod non est animatum sicut anima in eo quod est mortuum finitum locum. et in eo quod est sensitum. Et hec duo ut dicit phylosophus dicta de anima acceptimus a progenitoribus nostris id est prioribus philosophis. qui patres in phis appellati sunt.

**D**icit enim quidam et maxime et primo animam esse id quod est mouens. existimantes autem quod non mouetur ipsum non pertingere mouere animalium eorum que mouentur animas sic arbitrii sunt esse. Unde Democritus ignem quidam. aut calorem dicit esse ipsam. In finitum enim existentibus figuris et atomis que speciei rotundae ignem et animam dicit. ut in aere mota corpora que vocantur decisiones que videntur per portas in radiis. quarum omne semen eleminta dicit Democritus totius nature. Similiter autem et Leucippus. Horum autem sphaerica animam propter id quod maxime possunt penetrare huiusmodi figurez mouere reliqua cum mouantur et ipsa arbitrantes animam esse efficiens in animalibus motum unde et viuendi terminum esse respirationem. **L**e/ stringente enim eo quod continet corpora et extrudente figuris praebentes animalibus motus ex eo quod non est ipsas quiescere nullatenus animalium fieri deforis ingredientibus aliis huiusmodi in respirando. Prohibere enim has et que insunt animalibus disgregari simul prohibens constringens et comprimens et viuere autem quidam possunt hoc facere.

**N**ec physis prosequitur opiniones antiquorum de anima in spiritu dices. Quidam dicit et maxime quod ad primu-

# antiquorum

nitate omnibus anima et primo quantum ad substantialiter inesse omniam animam. Animam esse illud quod mouet finitum locum eorum corpus et membrorum non quicquam sicut natura que mouet ad unum et eodem modo finitum quod mouet ad pluram et multis modis sicut vegetativa mouet ad digerere nutritre augere egerere et generare. et sensitiva ad plura quod manifesta sunt sicut ad videre audire olfacere imaginari et hoc dixerunt quia existinabant et nihil moueret aliis ut quod in seipso non moueat. Quia putabant quod nihil posset alii dare dispositionem quam in seipso non habere hoc est quia ipsum non disponitur. Et ideo ipsi putabant quod quod non mouetur in seipso non posset mouere aliis quod alterum. Et quia anima mouet corpus ergo arbitrii sunt quod anima sit de numero eorum que mouentur a seipsis. Et quod prius non nisi solum causam materiale et corporalem viderunt. omnino nihil dicentes de causa eius faciente formalis et finalis. ideo ponebat quod id quod maxime movit est in corporibus esset anima. et quia hoc calor et ignis ideo Democritus dixit animam esse ignem quandam et calorem. Cum enim ipse ponat atomos esse omnium principia que sunt infinitarum figurarum. sicut in primo periodico dicuntur. ergo dicit atomos quod sunt speciei sive formae rotundae et figure animam constitutre. Et quia animas dicit esse ignem vel calorem eo quod videt calorem naturalem esse instrumentum anime. Ideo dicit et illi atomi qui sunt rotundae figure constitutae ignem calorem et animam. Atque mihi autem illi sunt sicut decisiones minutissime que deferuntur in aere que videntur in radibus solis. que ingrediuntur per portas et fenestras domorum. Harum autem decisiones omne semen dicit democritus esse elementa omnium rerum naturalium. et idem dicit Leucippus collega Democriti. Inter hec autem illa que sunt rotundae forme et figure dicunt esse anima propter id quod he figure omnino vel per omnia et asservant possunt penetrare precipue quando circumferentia est minima. Et huius Albericus duas das causas simul iungens Prima est. quod id quod finitum punctum tangit hoc tangit finitum minimum et maxime penetrat. circumferentia autem sphaericus quoque verratur non nisi finitum punctum tangit sive tangit planum sive sphericum in eo quod est circumferentia. Figure vero alie etiam finitum punctum qui est in angulo et finitum latus possunt tangere. et ideo non semper maxime penetrant. Alia causa iungenda isti est quod linea circularis cuius obliquatur et aliqua linea recta versus eandem partem protracta ad quam curvatur circumferentia. et ideo minus resistit penetrationi. Quia igitur videbant animam vbiq[ue] adesse corpori ponebant ipsam esse rotundum indubitate penetrans per totum. et quod rotundum est volubile de se eo quod non est status alicuius super punctum. cum punctus non sit locus alicuius sed superficies et rotundum quoque volutus semper est in uno puncto immobile. Ideo suum non est statu sed perpetuo volvi et moueri. et ergo ponebant animam esse rotundum perpetuo mouens seipsum. et ideo potest mouere omnia reliqua. et hoc dixerunt sicut tacitum est. Quia arbitrii sunt et anima est id quod adhuc animalibus motum localem in toto et in membris. Propter quod dixerunt quod terminus et distinctio vite est propter respirationem quoniam positio eorum fuit sicut et veritas est quod omnia animalia haberet cor vel membra. aliud quod haberet in corpore vices cordis. et hoc motu dyastoles et systoles exsufflat ex spiritum vitalem. Ex motu enim incendere nisi esset spiritus refrigerans vel interius in corpore existens vel exteriorius attractus sicut in respirantibus et quod spiritum quoque

**Libri primi de anima.**

qz modo in corpore hominis factum dicebant esse respis-  
rationē, aīam hmoī spīn esse dicebant. Dicebant adden-  
tes q nullum aliud auxilium sit celestī virtute ad vitam  
q quam aīa infunditur nisi q aer qui p̄tinet corpora ani-  
mata attractus in respirationē. Dicūt sicut figurās sphē-  
rīcas per quas reprimit eas figurās q interiora penetrant  
ne excent que p̄tīent aīalib̄ motū sicut p̄ncipia semp̄ p se  
mota, eo q nūc p̄tingit quiccer ppter ipsas q sepias  
motas. Dicūt em q ingredientib̄ in aīalia hmoī figuris  
in respirando phibent ille que ingredītūr illas que pūs  
infuerit disgregari prohbitent autē hoc cooperantes. hoc  
est opera sua facientes. aērem p̄ducēnt atomos rotū-  
dos z p̄densantem eos intus ut vndig implanteat p̄ se  
nrent z moueant. Dicūt em vñquodqz animal viue-  
re tamdiu quoqz hoc potest pficere

**T**ulidetur autem et a pythagoricis dictum eandem habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum animam esse que sunt in aere decisiones. quidam de secta pythagoricoꝝ in hoc discordabant ab alijs pythagoricis. quia non dicebant atomos sed virtutem que mouet eos animam esse. Alij autem has mouens De his autem dictum est propter quod id continue videretur moueri et si sit tranquillitas nimia.

**P**ecunia non ponit opinionem pythagoream. Dicens quod id quod dicunt est a pythagorici de anima videtur habere eandem intelligentiam quo ad hoc quod ponunt moueri substantiam esse anime et quod illud debet definiti. Et ideo quodam pythagorici ponentes principia prima esse indivisibilum per quantitatem aliquando dixerat quod anima erat atomi rotundi, sicut etiam dicit Democritus. Et huius causa in rebus quia non poterat videre compositionem aliquam in rebus nisi eam que est quantitatis. et cum illam in principia resoluere vellent putabantur quod diuisio staret in atomis. Alij autem posteriores peripatetici subtilius aliquid intelligentes viderunt verius, quia idem indivisible non poterat esse mouens et motum. neque poterat esse quin multa mouentia unius figura rotundae habent quandam unam naturam communem que moueret in omnibus eis. et videbant bene quod hoc mouens non fuit figura, quia figura est de sequentibus naturam et esse per rationem. licet conciteretur per tempus. Ideo quasi corrigentes dicitur antiquorum patrum suorum dixerunt quod illud quod est per se mouens omnes atomos rotundos est anima. et tamen dixerunt convenienter cum antiquis quod prima mouentia mota sunt atomi eo quod continue moueri videntur etiam si sit tranquillitas nimia. Causa autem physica huius secundum venerabilem dominum Albertum magnum est quia atomi causantur ex reliquis vaporum eleuatorum dupliciter, quoniam quando eleuantur vapores sunt quedam minima minus commiscibilia propter terrestreitatem quam est alta, et illa euadunt in aerem quando ceterae partes vaporum continue eleuantur. Similimodo quando resoluuntur vapores terrestria magis seca separantur et manent in aere, et huiusmodi, quod habent in se calorem eleuantem a loco ubi eleuata sunt mouentur sursum virtute illius caloris et per naturam grauis que est ex terrestreitate mouentur deorsum, et aliquando ex motu ipso calcium, et tunc velocius reascendunt, et siccis moribus incertos in aere.

## Tractatus secundus

**I**n idem aut feruntur quecumque dicunt animam esse quod seipsum mouens, videntur autem homines existimantes motum maxime proprium esse animae et alia quidem omnia moueri propter animam. Ipsam aut a seipsa propter nihil videre mouens quod non est ipsum mouatur.

**H**ic *phylosophus* dicit q̄ omnes illi qui dicunt anima esse aliquid motuum seipsum mouens conueniunt in hoc q̄ motuum esse magis sit proprium & substantialius sicut me. et q̄ omnia alia moueant proper animam. & animam moueri proper seipsum. eo q̄ supponetur q̄ nihil mouet per se nisi et ipsum mouatur. sicut nihil per se calefacit nisi & ipsum sit calidum. & ideo ponebant isti omnia corpora physica esse plena animab⁹ mouentib⁹ ea continere. Ratio autem istorum ocaruo physicorum posita fuit. Videbant enim omnia mota & mouentia reduci ad vnu mouens seipsum primum. & putabant q̄ esset in motionibus sicut in alijs causis formalib⁹ & efficientib⁹ que per se & virtutem referuntur ad effectum. In omnibus enim illis eadem est forma in causa & effectu finis rationem & speciez et ideo putabant q̄ motus quem largitur primum mouens ei quod mouerat esset per speciem & rationem in forma mouentia. et ideo dixerunt primum mouens necessario moueri. Hoc autem non est necessarium in his que q̄ essentiam suam rotam mouent quando in illa essentia nihil potest esse motum. Et est simile huius sicut si diceres mus calorem simplicem esse calefacientem & tamen in ipso nihil esset calidum neq; disponeretur per calorem. & illi nec invenierunt discutere. Videbant q̄ mouens seipsum non est nisi animatum. & ideo credebant q̄ anima esset principium principium mouens seipsum. Et qui primo ponebant numeros inter pythagoricos sicut Plato qui dixit prima continua & solida proportionib⁹ numerorum fieri sicut patet in secunda parte Thymel. dicebant esse numerum seipsum mouentem. Hec autem postulatio verissima habuit eam dicitur. licet falsa sit in materia quam dicit sicut infertus patet.

**S**imiliter autem et anaxagoras animam dicere esse mouentem esti aliquis alius dicit quod omne mouet intellectus. Non tamen penitus sicut Democritus. Ille quidem enim simpliciter dicit idem esse animam et intellectum. verum enim esse quod videtur. Unde bene facere Homerum quod Hector iacet aliud sapiens. Non itaque virtus intellectu tantum potentia quadam que est circa veritatem. sed idem dicit animam et intellectum. Anaxagoras autem minus certificat de ipsis. Dilectoriens quidem enim causam eius quod bene et recte dicit intellectum alibi autem intellectus hunc esse animam. In omnibus enim ipsum inesse animalibus magnis et parvis et honorabilibus et in honorabilibus. Non videtur autem summa prudenter dictus intellectus omnibus similiter inesse animalibus. sed neque hominibus omnibus

# De opinionibus antiquorum

Hic ponit opiniones Anaxagore Dicens. q ille dicit animam per se esse et essentialiter esse mouentem omne illud qd monet. Et cu Anaxagora ponit omnis ille q dixit q intellectus agens purus oē illud mouet qd est in natura. Nec em est positio Anaxagore et est subtilior qd pre habita licet minus certificata sit q determinatioem dictorum anaxagore. No em Anaxa. penitus idem dixit esse animam cu intellectu sicut Democritus. Democritus ei dixit idem oīo et penitus esse animam oīo intellectu. eo q ex eius atomis p̄stitutis. Qū em intellectus sit vir tus apprehendens et distinguens vez. fin et vez est adeq uatio rerum et intellectu. dicit Democritus verū esse qd videt et sentitur. Et cu idem obiectum sit eiusdem virtutis. erit fin cu cadē virtus intellectus et sensus. Et ro laudat Homerū. et verū dicit cu dicere in heroicus vbi dicit q Hector sapiens iacet. quoniam sicut dixit. p. in p bleumatis Hector pariebat qn̄c vsc̄ ad sensus amissiōne et amētā. et qd canuit sensu. canuit etiā ysu ipius intellectus. et hoc dixit democritus. Nomen ideo dicere qd sensus et intellectus essent oīo idem. No em Democritus vreb̄ intellectu ranc̄ potentia quadam qd est circa p̄tates simplices rerum. abstractas a materia et māterie appendicis. Et omnino idem dicit esse animam et intellectus. Anax. aut minus certificat de dictis suis q sit sua intentio. Multo tamen in dicitur in dictis suis q cam veritatis et motus bene et recte dicit esse intellectu simpli cem. et alibi p̄fundit sensum dicitur suorum et dicit intellectus esse idem cu aia sensibili. Et hoc sequit ex dicto suo vbi dicit q intellectus est in oīo aialib⁹ magnis et p̄uis. et honorabilib⁹ q discernit honestū. et inhonorabilib⁹ que de honesto in morib⁹ nihil discernit. Et ro est Anaxagore. Quia videt oīem multitudinem qd est sub spē una exire et una natura speciei. et oīem multitudine qd est sub genere exire et una natura generis. et ideo posuit omne mouens q sciam et cognitōem exire ab uno mouere primo p̄ intellectu et nō esse differentiam. nisi em sedm esse qd h̄z in hoc et in illo et ideo dicebat sensu in substālia eundem esse cu intellectu. sed per esse differentem et esse causam adumbrationis eius. Et peccabat iste. Quia licet una natura prima sit ex qua erit. tamen sunt differe ntiē huic nature aduenientes et alias essentiæ p̄stutentes. Quia videmus q intellectus qui denotat a p̄ prudētia et informat virtutib⁹ intellectualib⁹. non videtur oīibus animalib⁹ inēc. Et licet natura intellectualis par ticipetur ab omnib⁹ hominib⁹. tamen virtus intellectua ad actū relata. non equaliter ab oīibus participatur. Quia videmus vnu multo magis esse dispositum ad intelligendū qd alium. Predicito igitur modo quicq; an tiquorum considerant quiditatē anime qd id mouet hic dicunt animam esse id quod maxime et primo et essentia latus motum est sue hoc sit atomus sue numerus si ue intellectus.

Quicunq; quidem igitur animatum in mo veri aspererunt bi quidem maxime motū op iati sunt animam esse. Quicunq; aut ad cog noscere et sentire ea que sunt. isti dicunt ani mā esse principia. Alij quidem plura facien tes hec. Alij vero vnu hoc. Sicut Empedocles quidam ex elementis omnibus esse. et

vñquodq; horum animam dicens. sicut ter ram quidem terra cognoscimus. ethere ethera aquam autem aqua sed igne ignem manifestū est concordia autem concordiam. discordiam tristi.

Hic philosophus colligit opinionem eorū qui deueniunt in noticiam animae per sensum. Dicens. Quncunq; dixerunt animam esse definientiam penes cognoscere et sentire ea que sunt attribuēdo cognoscitum esse velut magis esse. et mortuum esse sicut potentiam que consequunt essentiam anime. Iste dicunt animati esse principia rerum naturalium. et naturalia vel agentia. qd alia p̄cipia nō videri. Et dicitur. Quia ali inter eos dixerūt ista p̄ncipia eē p̄la et ali dixerūt ea eē vnu. Empedocles em qd dit sexti principia. qd tuor; materialia. et duo agentia. dicit animam esse ex omnibus his elementis et animam eē vnu quodq; illorum. Ratio autem inducens istos fuit subtilis. Glidebant enim qd nihil est qd sit potentia oīa fieri. et nihil coq; fin actu in natura. nisi materia prima. et cu hāc p̄cipiatē i cognitiua potentia aie inueniunt et p̄cipue in intellectu potentiali. arguebat cognoscitū potētiam et intellectu potentiam esse aliqd materie. sicut adhuc multi ph̄i errantes faciunt noym et materiam idem. Qui adhuc alia inducunt rationem dicentes nihil restrin gere potentiam materie nisi formā p̄pter qd videm⁹ mate riā determinatā quantitate et p̄trarierate esse pauciorū formaz capace qd sit materia determinata et quantitate imm. Silt materia nō determinata quāitate erit amphoris cas p̄citatā formaz qd illa qd quāitate determinata est. Hoc aut est. qd ex formis nō h̄z nisi formā p̄mā. forma aut p̄ma ē qd constitut essentiam primā in ordine. rerum naturalium. Hec aut ē intellectualitas sicut i metaphysica diceret minari habet. Hec igit̄ est potentia capiens omnes for mas inseptores et amplitudinem potentie materialis que est i ipa. Iste aut rōes sunt que induxerūt primos phos ad hoc qd dixerūt qd aia est ex p̄ncipijs materialib⁹ nature. Fundamentū aut dicitur isto fuit. Quia supposuerūt qd cognitio non existit aie nisi qd assimilatōem cognoscētis et cogniti. sicut etiam verum est vt in principio tertij dices. Sedm fundamentū quod fuit etiam suppositio quedam vera. est qd nihil cognoscit nisi a p̄ncipijs suis. sicut etiam in p̄mo physico dicitur qd intelligere et scire circa omnes sciencias nō est nisi ex p̄ncipijs causis et elementis rerū. Ter cū fundamentū est qd anima cognoscat oīa. qd etiam verum est. et sylligabant sic. Cognoscere oīa. simile est in forma cum principiis cīm. nihil aut ē simile cu p̄ncipijs oīm nisi qd est ipa principia prima. vel ex ipis p̄ncipijs p̄mis. Igit̄ anima aut erit ipa principia p̄ma aut ex p̄ncipijs p̄mis primis constans. Hec igit̄ sunt que eos in errorem duxerunt. qd propter paucitatem exercitij non intellexerēt qd alia est potentia materie et alia intellectus possibilis p̄ ut diffuse patet in tertio ubi agit de intellectus possibilis potentia. Simili modo quando videbant qd cognitio non est in anima nisi per assimilatōem cognoscētis et cogniti non considerauerunt qd talis assimilatio non ē per essentias rep̄ sed per intentiones rep̄. eo qd intentio la pidis est in anima et non lapis et horum ignorantia fuit decepti. Et sic patet qd Empedocles dixit anime ali simulationem fieri cum omnibus quia ex p̄ncipijs est omnium. et ideo terra cognoscit terram. et ethere quem

## Libri primi de anima.

aerem vocabat cognoscit ethera, et aquam aqua et quod spiritus talior est ignis id dixit hoc manifestum esse quod anima ignis cognoscit ignem, et idem dixit in efficientibus principiis quoniam concepsit anima cognoscit concordiam et discordiam discordiam

Eodem autem modo et plato in Timaeo ait, facit ex elementis, cognosci enim simile simili, res autem ex principiis esse. Similiter autem et in his que sunt de physiologia dicta, ipsam quidem animam determinatum est ex ipsa unius idea, et ex prima longitudine et latitudine et altitude, alia autem simili modo.

Hic physis ostendit conformitatem opinionis Platonis et Empedocles dicentes quod eodem modo id est propter eandem rationes plato in Timaeo dicit animam esse ex elementis, non quidem ex eiusdem que dicitur Empedocles sed ex aliis quod plato omnino posuit elementa. Habuit autem idem inducens quod habuit Empedocles ad similitudinem intellectus possibilis cum materia et quantum ad hoc quod est cognitionem fieri per assimilacionem cognoscitentium et cognitorum et non per cognitionem rerum nisi per principia rerum, et ideo dicit 'cognoscere simile similis et res esse ex eisdem principiis ex quibus sunt cognitae, et verum in hoc dicitur, sicut in superioribus partibus. Sicut autem dixit in Timaeo ita etiam determinauit in dictis suis de physiologia, ubi loquitur de primis rebus principiis. Ibi enim dicit, quod ipsum animal quod est forma separata est genus corporis in se species animalium, ex his ante hoc constitutus ex ipsa idea unitatis et ex prima longitudine, latitudine et altitudine siue profunditate. Et alia que sunt in alia coordinatione alterius generis constitutum simili modo. Et non sicut Platonis intellectus irrisorius quemadmodum multi postulerunt. In omnibus enim unitas est a forma, et oportet quod in qualibet genere uno, sit una forma prima secundum intentionem quae est genus illud. Et illa forma reduplicata de potentia in actu constitutus species diversas secundum reduplicatur ad diversos actus. Hanc igitur formam quod separata posuit Plato, vocavit ideam, quod latine sonat formam sive exemplar eo quod omnia alia formant. Separata autem posuit eo quod per essentialia sibi non dependet ab aliquo posteriori. Nullo enim animali existente in specie et in individuo, adhuc remanet substantia animata sensibilis eo quod non trahit essentialia ab eis sicut iam dictum est. Quia autem idea est substantie corporee ideo prima principia corporum posuit cum idea prima, esse principium animalis. Fluit autem punctus ex unitate et linea ex binario et superficies ex ternario et corpus ex quaternario. Quia si accipiamus prius in dividibile in illo conuenient punctus et unitas, si autem teneamus primum in dividibile hunc positum non continetur punctus. Punctum igitur additum super unitatis rationem. Quandoenam igitur sunt duo in uno genere quorum unum se habet ex additione ad alterum, illud quod ex additione est principiatur a simpliciori. Et haec ratio dixit Plato punctum principiari ex unitate, et ex illa etiam ratione discreta quantitas est ante continuam. Linea autem oritur a binario quoniam linea constituitur in esse ex fluxu puncti in continuum, fluxus autem omnis unus et eiusdem dividibile est ab uno dividibili puncto in altitudinem dividibile punctum, et sic linea duo dividibilia puncta habet actu quorum vertentes oritur ab unitate, sicut binarius est perfectus in duabus unitatibus.

## Tractatus secundus

Hec est igitur ratio quare linea dicitur orta a binario et superficies a ternario, quia tria puncta ponit non possunt secundum acutum in continuo in una linea prima simplici. Dicit autem linea una prima, simplex, linea recta, quoniam curva compositum habet in partibus diversis et circularis habet compositionem in formis duabus que sunt convexus et concavus, sicut in libro de celo dicit habet. Tria igitur puncta a tribus unitatibus orta secundum acutum sunt positionem habentia non continuabit ea una linea simplex quocunq; modo protrahatur, sed primum continuans ea est superficies, igitur superficiem continuatas primum est in tribus punctis secundum acutum positis in continuo. Si autem quatuor puncta ponamus ita quod quartum differentiam ponat a tribus, oportet quod quartum figatur in profundius continuo quoniam si ponatur in latum non faciet differentiationem ad tertium, et si ponatur in longum non faciet differentiationem ad secundum. Si igitur positis quatuor punctis nulla superficies una continuabit ea. Oportet quod corpus continuet hec quatuor puncta discrete a quatuor unitatibus ex parte. Sicut autem dictum est quod una forma idealis est in omni uno genere sicut dicit Plato, et verum dicebat, quod est resoluere omnia genera subalterna ad generalissima, et illius forma reduplicata per differentias format et constituit omnia alia inferiora et contingit generalissima resoluere in ens, et unum que sunt omnium principia. Unum autem nihil dicit addere super ens secundum rem ideo unitatem idealem primam dicit esse omnium principium formale, secundum magnitudinem ab unitate per dimensiones fluentem dicit esse principium materiale, et physica materia est illa que tres habet dimensiones indeterminatas. Isto igitur modo Plato dicit principium omnium et formale et materiale esse numeros et supponet rem cognoscere per numeros. Cognoscitur ergo ex talibus numeris qui essentia rerum principia, et cum anima cognoscat omnia, oportet quod anima sit ex primis numeris qui sunt essentia rerum principia.

Aldhuc autem et aliter intellectum quidem unius scientiam autem duo singulariter enim ad unius plani autem numerum ad opinionem, sensum vero cum quifirmi. Numeri quidem enim species et principia entium dicebantur. Sunt autem ex elementis. Judicantur autem res alie quidem intellectu, alie vero scientia, alie autem opinione, alie vero sensu. Species autem numeri hi rerum.

Hic physiophilus ad idem ostendit quomodo Plato probabat dictum suum ex ipsis habitibus perficientibus vires anime. Dicens quod intellectus secundum Platonem qui est conceptio principiorum que sunt simplices rerum quidem rates stat in uno, non fluens ex uno in altitudine. Scientia autem que conclusionem est et effectus est demonstrationis necessario est duo quoniam exit ab habitudine extremitate ad medium in conceptione conclusionis, et sic de perfectione eius sunt duo quorum unum efficitur ab altero, et est sicut unitas termini vel sicut punctus fluens in continuo per directum vel discretum, et ideo singulariter stat fluxus eius in uno non obliquatus ad aliquod quod sit extra lineam eiusdem rectitudinis. Opinio autem cum sit acceptio duplicitis ex parte quidem ab uno sed non stat singulariter in uno

## De opinionibus antiquorum.

sed dilatatur ad timorem cōtradictorij. cū certa ratio non sit phata conclusio. Sensus autē firmissime corporis est quoniam acceptius est corporalis forme. neq; hoc facit sensus exteriorum sed etiam sensus interiorum qui particularium formis informantur quia ab individuantibus non sunt separate. Cum igitur oīs acceptōs sine conceptioā aīe aut sit vniuersalīs aut pīcularīs et si vīlis tūc aut simplex aut cōplexa et si cōplexa aut ē stans i vno aut dilatata ad formidinem oppositi et nō possunt esse plures. oportet q; oīa que sunt i anima sunt p; hec quatuor. Cum autē omnis cognitio sit p; similitudine cognoscētis et cogniti ut dictū est. oportet q; ipsa sit similitudinē habeat ad ista quatuor. Cum igitur vītias forme et binarius et trinarius et quaternarii sint ipē species ideales que sunt principia rerū et sunt de numero elementorum primorum elementantium oportet q; anima sit ratiō elementalis istorum numerorum et q; omnes res iudicantur et cognoscuntur aut intellectu aut scientia aut opinione aut sensu sicut dictum est. Istiēn numeri sunt forme pīme et species et pīncipia reū. Et Plato quidem in Timo dicit aīam esse quasi naturam mediā inter intelligentias et naturam et si sic sit media. oportet q; sit numerus idealis. ab intelligentia quidem sīm ordines nature, pīductus. et ante naturam existens.

Quoniam autē et motiuū videbatur anima esse et cognoscitū quidam complexi sunt ex vīris genuiñtes animam esse numerum mouētū seipsum. Differunt autē et circa multitudinem. hi quidem enim vīnum illi vero plura dicunt. Consequenter autē his et animam assignant. motiuū enim sīm naturam pīmo rū existimauerunt non irrationabiliter. vnde quibusdam vīsum est ignem esse. Et enīm hic in partibus subtilissimus est et maxime elemētorum incorporeum.

Oīstis his que mouerunt antīquos ad dicendū q; anima definienda erat per motiuū et habitis his ex qībus alijs videbatur q; definienda esset per cognituum factū quidam vīrus istorum complectentes et defi- nientes animas per vīrus dientes. Animā esse numerum seipm mouentem. Numerum quidem dixerunt ip- sam esse proper rationes Platoniū qui numerum ut di- cūt fuit ponebat esse pīncipium omnium rerū. ut ex illo potest cognoscituram omnī habet. et per seipm mouentem dicebat. ut ex illo mouerentur corpora per ra- tione superiū introductam. et in hāc aīe ratiō nem plurimi conseruerunt antiquorum stoicorum. Quia existit vi- debatur eis q; animam probarent immortalem esse. Lis- cet autē omnes in hoc cōveniant. q; aīa est ex pīncipiis primis. tamē in duob; differunt. quorū vīni est que sunt illa pīncipia prima. Scđm quot sunt numero. Maxime ve- ro in hoc differunt q; quidā ex eis dicitur pīncipia esse cor- poreā. Quidam vero dicunt ea esse incorporeā et miscet pīncipia ex eis et ad hoc vīras referenda esse pīncipia dicunt. Et in multitudine pīncipiorū differunt. Quos- nam quidam eorum dicunt esse vīnum et quidam plura. Et ex his pīncipiis que ponunt tradunt animaz esse cor- poreā vīl incorporeā. et vīnum vel plura. Q; autē dī-

cunt q; natura pīncipiorū est mortua. non est irrōnabile ut supra ostensum fuit. et quia quidā putabant q; primū motiuū omnium et incorporeū est ignis ideo dicerūt q; anima est quidam ignis. hoc enim est subtilissimum omniū corporū specie sīm partes suas et inter omnia ele- mēta est maxime incorporeus et spiritualis. et mouet alia sicut videtur cum spē maxime sit mobilis.

Dēocritus autē dulcius dīxit enunciāns propter quid vīrūs horū. Animam quidem enim et intellectum idem. Istud autē esse pī- orū et indiuisibilium corporū. Motiuū autē propter subtilitatem partium et figura. Figurarū autē leuiter nobilissimam sphericam dīcit. Huius autē esse intellectū et ignem.

Nicēphōs comparat opinionē democriti alijs Di- cēns. Līcet democritus fallū dīcerit. tamen dulcius ce- teris dīxit quia ex positōne sua cuncta canit qīn retulit. pī- ter quid est vīnū quodēs operū anime generalium. Dī- xit enim animam quidem et intellectum idem esse ut su- pra tacutum fuit et cum intellectus sit essētia prima q; eas pacitare sua ambīt omnes alias dīxit q; habet et eo q; ato- mi rotundi primo sunt pīncipia reū. et sunt mortua. sicut aīa eo q; hīt figura. q; oīb; figuris mobiliorē ē et pī- ter partēs subtilissimas. Figura autē illa est forma rotunda. ta- lem autē dīxit esse intellectū et aīam eo q; velociter transit ab uno in aliud. et ignē dīcit esse eiusdē spēcie rotunde. ec- ideo animam esse ignem vel ex igne.

Anaxagoras autē videtur quidem altez dīcere et animam intellectum sicut dīximus pīns. vītū autē vīrūs sicut vīna naturā verūtamen intellectum ponit pīncipium omniū maxime solumq; dīcit ipsum eorum q; sunt simplicem esse et immixtū et purū. Al- signat autē vīrūs eidem pīncipio cognosce- reg; et mouere dīcens intellectum mouet om̄e

Nicēphōs comparat opinionē democriti opinioni ipsiū Anara. Dīcēs Q; līcet melius posuerit q; Demo- critus tū nō adeo dulciter sīm pīhā dīxit q; minē certi- ficauit Alicubi em̄ videb; quidem alterū dīcere animam et intellectum. sicut superius dīctū fuit. alicubi pīo videtur vīrūs vīi sicut vīna naturā. et ideo intellectū posuit om̄i pīncipū esse. Maxime et solū eundē dīcit esse simplicem et imīctū et purū inter oīa illa que sunt. Et tamē ostensum ē quē dīxit ipm̄ esse pīncipū q; sc̄z in eo ē om̄i capacitas sī- cut in pīncipio quodam primo materiali. Simplicē autē dīxit esse eo q; nō distendit corporeitatē et pīrarietate. In mixtū autē eo q; nō cōmītrūs est organo alicui⁹ corporis pī- suā operatiōnem sed remanet separatus. Purus autē ē in eo q; capīt essētia puras reū et nō cēcāp sīm q; sīz i ma- teria et materie appendicis. Et hec positiō in partēs pec- cat sed non certificat. Quia dīcit q; ab eodē hīz et cognō- scere et mouere et hoc esse non potest. Quia idem eodē modo se habēs nō potest esse materiae et efficiens. Est autē cognitiō materialis et passiva et motiva effici- ens et actiua.

## Libri primi de anima

¶ Videlicet autem Thales ex quibus reminisci-  
muri motuum aliquid animam opinari. siquidem  
dicit lapideam habere: quoniam ferrum mouet.  
Diogenes autem sicut et alteri quidam aetres hunc  
opinans omnium subtilissimum esse et principium et  
propter hoc cognoscere et mouere animam. secundum  
quidem quod primum est et ex hoc reliqua cognos-  
cere. sed in vero quod subtilissimum est motuum esse.

¶ Consequenter ponit opinionem Dellius. Dicens quod ex  
antiquis philosophis Italicis de quibus extat parva re-  
miniscencia fuit Dellius qui opinatus est animam per mo-  
tum definendi quia dixit magnetum haltere animam per quam  
trahit ferrum. Diogenes vero sicut et alijs quidam dixerunt  
animam esse aerem quaedam eo quod cognitio et motus di-  
cebant eam diffiniri. et aerem dixerunt esse principium omnium  
et ita esse principium cognitionis in anima. et eundem dixer-  
unt esse subtilissimum. et ita esse in anima eundem aerem  
principium motus in quo mouet ipsa anima.

Eraclitus autem principium esse dicit siquidem va-  
porum ex quo alia constituit. et incorporalissimum  
autem et fluens est. Quod vero mouet motu cog-  
noscit. In motu autem esse que sunt et ille arbitra-  
tus est et multi.

Nicponit opinionem Eracliti qui fuit eius Ephesi-  
nus. Dicēs quod ille posuit omnium principium esse vaporē et ex  
ipso constitutū oīa alia et eundem dixerunt esse incorporalissimum  
et mobilissimum. eo quod semper fluat et dixit quod nihil entitatis est  
quod non continueret mouēt et ideo cum cognitione sit per assimila-  
tionem eo quod cognoscens omnia sit nobilissimum. Ideo  
tamen et multi alii fūnum cordis et vaporē dixerunt esse animam.  
¶ Similiter autem his et Alkimeon opinari vi-  
sus est de anima. Dicit enim ipsum immortalēz  
esse propter hoc quod assimilatur immortalibus  
hoc autem inesse ipsi tantum sp̄ mote. moueri enim  
et diuinā omnia continua semper lunam solez  
astra et totum celum.

¶ Hic dicit quod Alkimeon quia quibusdam Thales q̄ vñ  
de se p̄ sapientib⁹ fuisse credit similes habuit cām eum  
inducente. Nicēn licet non diceret animam esse vaporē  
vel fūnum. dicit tamen quod est quoddam diuinū quod mouet sp̄ mo-  
uens se ipsum et ideo etiā immortalē dixerunt esse animam. quod cū  
ipsa sit principium mouens p̄mū. si enim darefēt nō moueri nō  
etiā nō moueret. sicut dixerunt. Si at p̄mū nō moueret nō  
sunt illiciēt. moueret vel mouēt sicut in octauo phicorū  
dicitur et sic cessat motus in rota natura quod est inconveniens et  
igis et se sp̄ mouēt. et igit̄ immortalis. Hec autem rō scripta  
est in phedrone Platoni. et iō dixit Thales animam p̄pa-  
rari dīs celestib⁹ immortalib⁹ q̄ sunt intelligētēs thouētes  
quod mouere inest aīe sicut intelligētēs immortalib⁹ q̄ ex se  
mouent celestia sicut aīalia. moueri vidit oīa diuinā p̄ti-  
nue et se ipsi sicut sole lunā et astra et celū rotū. Alkime-  
on autem talē dedit de anima p̄biā p̄ter hoc quod vidit ani-  
mam mouere p̄ intellectū sicut et celū mouēt et iō animam di-  
xit esse principium motus p̄mū et nō posse nō moueri et nō  
mouere sicut neque prima possint a motu cessare.

¶ Dicēs autem rūdiū et aquam quidam exīstī/

## Tractatus secundus

mauerunt ut Hippo. Suaderi enim vīsi sunt  
ex genitura quoniam omnī humida est et nāq ar-  
guit sanguinē dicētes animam quoniam genitura non  
est sanguis. hāc autem esse primā animam

Hic p̄hs enumerat alios qui non habebant rationes  
adeo subtiles sicut priores. Dicens quod magis rudes non  
adeo efficaces habuerunt rationes inducentes eos ad p̄-  
nendum. Hypnos quidam vulgaris p̄hs dixit animas  
esse humorē aqueum et videtur sibi p̄ hoc p̄suaserit a se  
mine generatōnis. Quia semen omniū generatōrum est hūs  
midū aqueum quod circa recipiet membrorum effigies.  
Fuit enim causa dicti. Quia videt virtutem formatiuam  
esse retentam in humido per viscolatatem spermatis que  
format omnia membra. et hanc putauit esse humidū natu-  
ram in semine eo quod nullam causam considerauit nisi mate-  
rialē. Dixit ergo primo humorē formare in seipso or-  
ganum et postea humorē feminalem radicaliter illis or-  
ganis imbibitum esse animam animalium. et ideo redar-  
guit eos qui sanguinem dixerunt animam. Dicēs quod hu-  
mor spermatis non est sanguis sperma autē generatio-  
nis primam dicēt esse animam que format omnia mem-  
bra et infundit sicut pāus dictum est.

Alij autem sanguinem quemadmodum Cres-  
cas ipsum sentire anime magis proprium o-  
pinantes. hoc autem inesse propter naturam  
sanguinis. Omnia enim elementa iudicem ac-  
cepérunt preter terram. Hanc autem nulli p̄/ Cola terra in  
tulerunt nisi si aliquis dixit ipsam ex omnib⁹  
elementis esse aut omnia.

Hic p̄hs p̄sequitur altā opinionē Dicēs. Quod alij grossi  
sunt sanguinem animam esse dixerunt. et illa rōne inducti dixerunt  
nū sentire magis esse p̄prium aīe et per illud dixerunt animam  
esse definidā quemadmodū dixit Crescas. et cum vñ  
deretur corp⁹ exanguis p̄pter frigiditatē obstupescere in  
sensu et ad redditū sanguinis redire sensu. purabāt vñ sē  
situā sedē hēre in sanguine et esse sanguinem. et quod sensu et ani-  
mā dixerunt idēcē. id dixerunt q̄iam esse sanguinem. Et ut  
summarie dicas oīa elementa iudicata sit esse anima ab aliquānti  
quo p̄ter terrā. hāc enim nulli retulerunt solā esse elemētū  
vñ vel animam nisi forte alīq̄ diceret cāē ex oīb elementis  
aut oīa elementā quēadmodū Empedocles. Huius autem cau-  
sa fuit quod cāē duo sint i quib⁹ conualevit vita. calor sc̄z et hūs-  
mor neutruz ē in terra. et iō etiā a paucis elemētū esse pone-  
bat terra. et dicebat ē sex distillās ab oīb alijs elemētis  
et sic ex alijs ē p̄posita. Ut etiā illi q̄ sanguinem animam esse  
dixerunt p̄nas opacōnes aīe vegetabilis et sensibilis in san-  
guine vñ i hūore quē loco sanguinis ē videbāt. Est enim vñ  
mū nutrimentū sanguis inter venas ex q̄ē cib⁹ et augmen-  
tū et generatio. et in anima sensibili sensus. quod etiā sp̄ns anima-  
lis in q̄ defertur forme ad vites aīe apprehēnuas. resoluta  
sanguis humorē et iō sanguinē p̄ore dicebat illo. Et quoniam  
tā sanguis q̄ spermā opacōnes q̄s hūt in humido hūt. qd  
formas ad mēbra corporis sive i generatōe sive post. et cau-  
sas formales et efficaces videre nō poterāt iō animam p̄mū  
humidū et omnī humidop̄ principiū esse dicebant. Aliam  
enī propter potentia que est in ea ad omnia quodammodo  
materiale et primā principium esse credebant sicut sus-  
piria dictum est.

# De opinionibus

## antiquorum

Definiunt autem omnes animā trībus ut ēdīcere motu sensu & incorporeo. Horum autem vnumquodqz reducitur ad principia. vnde et in cognoscendo definientes ipsam aut elemētum aut ex elemētis faciunt dicentes si militer inūicem preter vnum Dicunt enim simile cognoscimili. Quoniam autem anima omnia cognoscit constituant eam ex omnibz principijs. Quicunqz quidem igitur vnam aliquam dicunt causam ut elementum vnum et animam vnam ponunt ut ignem aut aerem plura vero dicentes principia & animam plura dicunt.

Hic p̄hs recapitulando dicit. q̄ antiqui tria dixerunt substantialiter inesse animē sez motum sensum & incorporeum. Motum quidem dixerunt ei inesse quo seipsum mouet sensum quia illum eundem repurabant cum intellectu. omnē virtutē apprehensiuā sive cognitiuā sensum vocantes. Sed incorporei dicebant ei inesse hac ratione. Quia videbant q̄ omnis forma que determinat et perficit materiam post corporeitatem fin naturam libi aduiens. diuisibilis & corruptibilis est. Animam autem videbant indiuisibilem & incorruptibilem ideo dixerunt incorporeum ei per naturam inesse. Hac igitur ratione motu & induci & similibus. dixerunt animā incorpoream & ipam animam per incorporeum definiti nihil inconveniens in hoc dicentes. Sed in supposito incorporei m̄l̄tum errabant propter nouitatem eoz in phis. Quia incorporeum dicebant rarum quod tactu & visu non manifestatur & sic inciderunt in errores diuersos. aerem ut vaporē dicentes esse animam. Horum autem triū que dicta sunt quodlibet reducunt ad aliquid nature principium eo q̄ animā videbāt habere proprietatē primi principij alius. in mouendo & quiete vel cognoscendo sicut supra manifestari est. ideo illi qui animam in cognoscendo esse definierunt ponebant animā esse aliqd materialē prime. etiam id quod ipsi supponebant esse materialē. dicebant esse animā. & ideo dixerūt ipsam esse elemētū primū aut id quod propria compositōne compōnitur ex primis elemētis. quia iuxta prætracta. primū determināt potētiā materialē prime. est intellectualis & cognoscitiva natura. Et in hoc similiter omnes preter vnum dixerūt quo ad causam dicti. licet valde essent dissimiles in determināto suppositū elemētū qd̄ aīam esse dixerunt. Causa aut̄ dicti fuit q̄ simile simili cognoscit & q̄ omnis cognitio est per assimilatiōnēm. et quia aīa cognoscit oīa & cognitio rex est q̄ principia rex ideo dixerūt eam consiliū tui ex p̄mis principijs rex. Et quicunqz inter eos dixerunt tñ vñ esse cām (que materialis est) hentū. dicunt aliqd elemētū esse principiū vñ. Illitterā aīam vñ illud esse dixerūt ut igne vel aere vel aliqd alioꝝ elemētōꝝ. Plura p̄o dicētes causas & principia materialia dicūt aīam eē plura. vel prima compositōne componi ex pluribus.

Anaxagoras autem solus impassibilem dicit intellectum & nihil cōmune nulli aliorum habere. Huiusmodi autem cum sit. quomodo cognoscit & propter quā causam neq̄ ille dixit ne

q̄ ex his que dicta sunt conspicuum est.

Nicē pōnit differentiā positiōnēs Anaxagore ab alioꝝ positiōnibz Dicens. Q̄ Anaxa. s̄lus cōsiderans altius impassibilem & immateriale dicit intellectū & nihil habere cōmune in esse cum alijs elemētis corporalibz. T̄o luit eī Anaxagoras duo esse p̄ncipia & causas. quorū vñ esse efficiens & reliquā materiale. & vñ quidez dicebat esse intellectum oīa agēt fin formas quas habet apud se & distinguēt reliquā autē dixit esse chaos p̄s mū ex quo intellectus format & distinguēt res. & lucē substante huic intellectu dicebat esse animam & ideo nō habere cōmūnem materiam cum alijs. & ideo impassibilem esse omnino in esse. sed agere dixit eum formas suaz passionum vel apprehensionū i his que intelligit sicut primū intellectus agit formas in rebus. Et iste subtiliter dixit propter quod Arestoteles in illis locis recomēndat eum quontam absq̄ dubio veritatem dixit de intellectu agente sed tamen quia non perfectur intelligere & cognoscere in animatis nisi ex intellectu possibili ex cognitiōne sensibili. ideo non sufficienter dixit. Et cum intellectus imaterialis sit & nulli habeat aliquid cōmune qualiter cognoscat res & propter quam causam determinata & distincta cognitionis sit in eo. cum ipse non sit nisi lux cōmūnis intelligentiū. Anaxagoras non dixit nec perspicuum est ex his que dicta sunt ab eo vel ab alijs.

Quicunqz autem contrarietates faciunt i p̄ncipijs & animam ex contrarijs constituunt. Quicunqz autem alterum contrariorum ut caliduz aut frigidum aut aliquid huīus in aliud & animam similiter vnum aliquid horum ponunt vnde & nominibz consequuntur. qui quidem calidum dicentes quia propter hoc & vivere nominatum. Qui autem frigidum propter respirationem & refrigerationem vocari animam. Tradita quidem igitur de anima et propter quas causas dicūt sic hec sunt.

Hic p̄hs ponit aliam opinionem de anima Dicens. Quicunqz aut̄ ponunt contrarietates in principijs eo q̄ non solā materiam dixerūt esse p̄ncipiū sed etiam contraria agentia dixerunt. Ali propter causam dictam constitut dicunt aīam ex contrarijs. Quicunqz aut̄ non dicunt duo contraria agentia sed vñ p̄mū esse agens. sive illud dicant calorē sive frigus sive aliquid hīmō de contrarijs primis. cōsequēter etiam dicunt aīam esse illud vñ q̄ ponunt principium esse contrariū. & videntur q̄ consequatur hanc rationē ex ipsis nominibz anime & operatiōnum eius. Quicunqz enim dicunt ipsam esse calorē. Q̄z p̄pter calorē naturalē est. vivere in viventibus cum anima sit fin suam substantiant principium vite. Alij autem dicunt eam esse frigus. eo q̄ vident in respiratione attrahē frigus ut tempere calor cordis in quo ē sedes vite. Hec igitur tradita sunt ab antiquis de anima & propter quas sic dicunt causas dictum est sufficienter fin presentem intentionem.

Considerandū aīe p̄mū quidem de motu. fortassis enim non solum falsū est subam ipsius huiusmodi esse qua

## Libri primi de anima

lem agunt dicentes animam esse quod est se ipsum mouens aut possibile mouere sed unius quoddam impossibilium inesse ipsi motum:

Hic consequenter p̄hs reprobat opiniones istas de anima eo q̄ isti sic dicentes in multis errabant. Et primo considerandum est de motu quo ipsi dicunt animaz esse definitandam ita q̄ improbanda est opinio eorum qui dicebant eam moueri a se ipsa non autem eorum qui dicebant eam esse motuam et hoc ei esse substantiale et intrinsecus definitōrem quia hoc verum est. Dicit igitur q̄ considerandum primo an anima dicatur a seip̄a moueri. Et hoc rationabile est inquirere quia magis videtur hoc sibi repugnare q̄q alia duo loci cognituum esse et incorporeū. Quia fortassis non tū falsum est moueri sibi inesse sicut substantiale inest ei de cuius substantia ē sed unū etiam impossibilium est q̄ ipsa per se moueat. Sicut mobile de cuius essentia non est motus. Si enī de essentia sua esset motus. ipa non constitueret in esse nec solvaretur nisi per motus. sicut patet de definitōne venti q̄ sic definitur. Vetus est aer motus. Et quo si auferatur intellectus motus. iam non erit ventus. Et sicut p̄cella definitur. q̄ est aqua mota. si igit̄ auferatur motus ab aqua. iam non erit p̄cella. Similiter modo si anima definitur per motū. intelligendo q̄ motus auferatur ab aia. iam non erit aia. Sed hoc est irrisoriū et impossibile. sicut per motū definitū nō detinet. Et confirmatur extra textū sic. Quia motus est actus imperfectus et imperfecti sicut in tertio physico dicitur. cum igit̄ hoc maxime imperfectum est in quo motus iam non est solū ut in subiecto sed etiā intrat in essentiam ipsius sicut definens intrat in essentiam definiti. Esset anima imperfectissima inter omnes res si motus esset definitius ei. His igit̄ rōnibz pbatur aia non debere definitū per moueri. Quod quidem igit̄ non necessiter mouens et ipsum moueri prius dictum est.

Hic p̄hs remouet unū suppositū falso quod ipi supposuerunt. Dicens q̄ falso est dictū eoz quo dicitur omnē mouens necessario moueri. q̄ in octavo physicorum ostensum est oppositum eo q̄ in qualibet ordine p̄sum mouens non mouerit. Ita etiam in motibus aliis in quibus inueniuntur mouens motum et inueniuntur motum tamen ac proinde est necessariū inuenire mouens tamen. Motus enī mouens est cor. motū forte tamen manus vel pes. nulluz autē corporoz aut pars corporis potest esse mouens tamen ergo nō est corporeum qd est mouens tamen et hoc est anima non igit̄ inest ei motus sicut subiecto. eo q̄ illud cui inest motus sicut subiecto mouetur. Anima autē non mouetur. Dupliciter enim mouetur omne. Aut enī fīm alterum. aut fīm seipsum. Scđm alterum dici mus quecumq̄ mouentur ex esse in eo qd mouetur ut naute. Non enim similiter mouet nauta. Hec quidem fīm seipsum mouentur. illi autem ex esse in eo quod mouetur. Manifestum autem in partibus est. proprius quidem enim motus pedum ambulatio. hec autem et hominiū est. Non inest autem nautis tunc.

Dicit p̄hs q̄ omne quod mouetur altero duoz mo-

## Tractatus primus

dorū motus mouetur. vel veroq̄ modo. Aut enī mouet fīm seip̄m et p̄ se. aut fīm alterū. Scđm autē alterū dicim⁹ aliquid dupliciter moueri. Aliqd enī alterius motu mouet eo qd inest illi qd mouetur sicut contentū in continente sicut nauta. nautis motu mouet. Aut inest ei sicut pars est in toto sicut manus motu. motu totius corporis. et vnu q̄ isto separatū ab eo cui inest potest moueri per se. Qd autē nauta in nauī non mouetur p̄prio motu et p̄ se manfestum est. Quia nauta cū sit homo non habet motus cōvenientem sibi per se. nisi motū pedū qui est ambulatio. hoc autē quando est in nauī et mouetur motu nautis. non virtutē sed potius navigatiōne. non ergo tunc mouetur p̄ se. Scđm autē alterz etiā dicit moueri qd mouet motu alterius. et cū separatur ab eo nullo modo potest moueri. sicut mouet albedo et scientia sortis moto sorte. licet fīm se nunq̄ moueri possit.

Dupliciter itaq̄ dicto moueri tunc intendimus de anima si per seip̄sam mouetur et participat motu. Quattuor autem motus cum sine loci mutatōnis alterationis augmenti et decrementi. aut fīm unum horum mouebitur aut fīm plures aut omnes. Si vero mouetur non fīm accidens. natura inerit motus ipsi. Si autem hoc et locus. Omnes enim dicti motus in loco sunt. Si autem est substantia anime mouere seip̄sam. non fīm accidens moueri ipsi inerit. sicut albo et tricubito. mouent enim et hec sed fīm accidens. Lui enim insunt mouetur illud corpus. unde non est locus ipsorum. anime autem erit siquidem natura motu participat.

Hic p̄hs ostendit de quo motu logetur quando dicit q̄ aia non definitū per se moueri dicens. Et duplicitate dicatur aliquid moueri sicut per se et per accidens. nunc non intendimus inquirere si anima mouetur per accidēs. sed potius si mouetur p̄ seip̄sam. et sic participat motū ranciō intransitum definitū. et hoc iam improbatum est. Rerum igit̄ querendū vnu aia etiā moueat p̄ se. Et pbatur p̄hs q̄ non mouetur per se. dicens cum quartuor sunt motus sp̄es si fīm generales terminos numerentur. licet tū tres sint fīm generales sicut in quinto physico habeat hoc est loci mutatio. alteratio. augmentatio. diminutio oportet concedere si anima per se mouetur q̄ mouetur vna illarum specieꝝ motus. aut fīm plures eaz aut fīm omnes. Si igit̄ nō mouetur anima fīm accidens tunc oportet q̄ naturaliter sit mobilis et ut naturaliter ei inest motus. ergo et locus ei conuenit per se. Quia omnes isti motus sunt in loco fīm aliquem modum et hoc planum est de loci mutatōne recta. Quia illa de loco ad locum est. Similiter autem planum est de augmentatione et decremente. Quia ibi incrementum fit in locū maiorem et decrementum in locū minorem. De alteratōne physica palam est quoniam illa non fit nisi qualitatibus actiuis et passiuis transmutantibus corpora physica. Qualitates actiue et passiue dissoluunt vel cōstringunt partes materie quas mouent. et hec dissolutio vel constrictio. non fit sine motu locali partium que ad inicium accidunt in locum maiorem quando dissoluntur.

# De opinionibus

# antiquorum

**A**nima igitur erit in loco circumscripto. ita quod erit ei assignare principium medium et finem in loco. et sic ipsa erit corpus. Et ex hoc sequitur quod ipsa non sit primum mouens. quoniam omne corpus est motu ab alio distincto ab eo presentiam suam vel distincto ab eo presentiam et locum. ut in eodem ratione physico dicitur. et in vii. Et sequitur etiam quod ipsa non sit omnium cognitiva. quia supra probatum est quod potentia determinata corporeitate non potest fieri omnia. sequitur etiam quod ipsa non sit incorporea. ut de se patet. et sic ex sola ista positione omnia que anima definitur sunt destruta. Si vero sicut ipsi dicunt mouere seipsum est substantia animae sicut definitus est substantia definitus sic operatur quod non insit sibi accidentis. sicut album vel tricubitus dicitur moueri hec autem mouentur sibi accidentes. ex eo quod insunt ei quod se mouet. quod est corpus. Et ideo non sequitur quod altero vel mensura tricubitus per se sit in loco. sed hoc sequitur utrum de anima que sibi naturam et substantiam ponitur participare motum. Non enim potest dici quod circulariter mouetur. quoniam hoc modo anima animalium non mouet corpus. neque talis motus manifestatur in ipsa. ut manifestum est.

**A**mplius autem si natura mouetur et violentia mouebitur. et si violentia et natura. Eodem autem modo se habet de quiete. In quod enim mouetur natura et quiescit in hoc natura. in quod autem violentia et quiescit violentia. Quales autem violenti motus anime erunt et quietes vel singulare violentib[us] facile est reddere.

**N**ec plus ponit aliam rationem ad idem dicens quod omnem quod mouetur aliquo motu quocumque illud etiam moueri potest motu sibi locum naturaliter mouetur vel violenter. Anima ergo si mouet naturaliter etiam mouetur violenter. et conuerso si mouetur violenter etiam mouet naturaliter. Et eodem modo se habet de quiete in quocumque loco mouetur naturaliter quiescit naturaliter. et ad quocumque loci mouet violenter in eodem quiescit violenter. sicut in quinto physico ostenditur. In quibus autem locis habeat anima motus naturales et quietes et in quibus habeat motus violentos et quietes violentas non erit facile assignare etiam si habeat licentiam singendi. quod neque sile aliquid potest inventare.

**A**mplius autem siquidem sursum mouebitur ignis erit. si vero deorsum terra. Hoc enim corporum motus est. Eadem autem ratio et de mediis.

**N**ec plus probat dictum suum inducendo ad aliud inconveniens dices ex quo locales habent motus omne quod physice quocumque motu se mouet. et a sunt eiusdem nature quorum motus est ad locum unum et eundem si detur animam sursum moueri. ipsa erit ignis vel lignea natura. si vero deorsum moueri. ipsa erit terra vel terrea natura. quoniam isti motus sunt istorum corporum. Et eodem modo sequitur quod aliquid sit de natura mediorum elementorum. si dicatur ad loca mediorum elementorum moueri per naturam.

**Q**uoniam autem videtur mouere corpus rationabile est his mouere motibus quibus et ipsa mouetur. Si autem hoc et conuententibus dicere ve-

rum quod sibi quod corpus mouetur hoc et ipsa Corpus autem mouet sibi loci mutationem quare et anima mouebitur sibi corpus aut tota aut sibi partes translata. Si autem hoc contingit et exente iterum ingredi. Ad hoc autem sequeretur resurgere mortua animalia. Motum autem sibi accidentis si ab altero mouetur. Depellebit enim utrumque violentia animal. Non oportet autem cui a seipso moueri inesse in substantia hoc ab alio moueri nisi sibi accidentes. sicut neque quod sibi se bonum aut propter se ipsum. hoc quidem propter aliud esse. hoc autem alterius causa. Animam autem maxime dicet aliquis utrumque a sensibili moueri si quidem mouetur.

**N**ec plus ostendit quo motu anima detinet seipsum mouere dicens. Quod ex quo ostendit est quod primum mouens seipsum. mouet se sibi motum localem. ut in physicis est determinatum. et anima est primum mouens seipsum in suo ordine. oportet quod anima moueat seipsum locumutatione. Quia autem de etiam mouere corpus rationabile est quod moueat ipsum corpus secundum motuum quibus et ipsa mouet quantum mouet seipsum. Si autem procedatur hoc tunc etiam econverso verum erit dicere quod anima mouetur motu quibus mouetur corpus. et ex hoc sequitur quod anima mouet in corpus sicut in locum. et non sicut in id cuius ipsa est perfectio. Lumen igitur corpus mouetur de loco ad locum. oportet quod natura transitus et motus sit de corpore ad corpus sicut de loco ad locum. quo ad vegetabile sensituum et rationale aut ad minus sibi partes illas transferatur que dicuntur mouere seipsum. Si ergo sit transitus de loco ad locum. etiam potest redire quando vult ad locum unde exiuit. Primo ergo per iterum ingredi corpus quod motuum fuit ex hoc quod ab eo exiuit anima. et sequitur ex hoc quod eadem corpora sepe resurgunt. igitur sepe moriuntur. quod est absurdum. Si autem dicatur quod sibi accidentis mouetur de corpore in corpus. sicut dicit Plato quando dicit a corporibus stellis deprimi animas in hec corpora. quando autem de corpore ad corpus veniunt in secunda et tercia et sic deinceps transporatione tunc depelluntur violentia malemeriti quod gesserunt in corpore sicut aliquando impellunt animal motu impulsione violenter. tunc sequitur quod non naturaliter ei insit motus. et sic per motus definiiri non debuit. Quod enim inest naturaliter motus sicut definitionis ipsius oportet ipsum secundum hunc motum non ab alio aut secundum accidentis moueri. sed per se ipsum. sicut neque dicimus quod id quod est per se bonum et propter se appetibile secundum eandem bonitatem et appetibilitatem sit propter aliud bonum. aut ex alia causa appetibili que sit causa extrinseca. Si autem concedatur anima ab extrinseco moueri aliquo. hoc non erit sicut motus impulsione violente. sed sicut dicimus eam moueri a sensibili secundum quod obiecta sunt mouentia et sensus patientes. quod sentiunt intus suscipiendo speciem sensibilem. de hoc autem motu patebit inferius in secundo.

**A**utem etsi mouet ipsa seipsum et ipsa mouetur utrumque. Quare si omnis motus ex distan-

# Libri primi de anima.

# Tractatus secundus

tia est ab eo quod mouetur secundum quod mouetur. et anima extabit utique a substantia ipsius secundum seipsum nisi secundum accidens seipsum moueat. sed est motus substantie ipsius per se

**H**ic philosophus ponit altam rationem ad idem dicens. si anima naturaliter mouet seipsum et substantia littere tunc utique mouetur a seipso. Omnis autem motus facit distare mobile ab aliqua natura aliquius generis in quo est motus finis et peruenient finis generis diversitatem. Aut enim facit distare ab ubi aut a forma. aut a quantitate. Si igitur autem motus est in substantia eius. ut dicunt aduersarij tunc anima per motum illum distabit a substantia ipsius in qua est et per quam inest ei motus finis ipsum animam. Hoc enim sine dubio sequitur nisi dicatur ei motus finis accidens inesse. hoc autem non ponitur. sed potius et motus sit finis substantiam ipsius. Motus enim essentialiter est distans eius quod mouetur. Quia cum motus sit entelechia existentis in potentia finis et est in potentia operari et omne quod mouetur distat ab eo in quod mouetur. ergo si motus inest anima ut in substantia ipsius operari et anima substantialiter distat ab aliquo substantiali suo. et hoc non est verum eis ipsa sit actus corporis. Hec autem omnia sequuntur nisi dicatur animam mouere seipsum finis accidens. tamen et si hoc concedatur ad huc non sequitur quod ipsa per accidens sit in loco sicut alia per accidens sunt in loco. quia ipsa non est pars aliquius quod per se est in loco. per quam partem et partes eius illud referatur ad locum vel totum. Est enim pars animae et non quantitatua. Cum vero dicatur et pars per accidens est in loco intelligitur de illa parte que per se potest esse in loco. Cum vero dicatur et albedo per accidens est in loco quia album corpus per se est in loco est albedo forma situalis in albo et quantitatua quorum est locus per accidens. Anima autem non determinatur quantitate per accidens. ideo etiam nego hoc modo est in loco. sed est in loco. quia extra locum corporis sui non invenitur. ut dicunt fuisse. Hoc autem vocatur a quibusdam definiri loco. et hoc modo per accidens potest dici in loco. Hec igitur sunt que probant animam non moueri localiter vel alio motu fini se

**V**idam autem et mouere animas dicit corpus in quo est sicut ipsa mouetur. ut Democritus similiter dicens Philippo comediarum didascholo. Refert enim Dedalus esse lignam mineruam effundens argentum fusile. Similiter autem et Democritus dicit. motas enim inquit indivisibiles sphaeras propter id quod apte nate sunt nusquam manere contrahereque et mouere corpus omne. Nos autem interrogabimus si et quiescere facit hoc idem quomodo autem faciet. difficile autem impossibile dicere. Omnino autem sic non videtur anima mouere animal. sed per voluntatem quandam et intellectum.

